Hec eſt.viij.huius capi.pars:in qua tractatur de ꝯditionibus boni ꝯfeſſoris.dicitur ꝙ ꝯfeſſor debet eſſe blandus:prudens:verꝰ miſericors et equus hoc eſt plenus iuſticia ⁊ equitate:et debet in terrogare confitentem de peccatis ſuis.poſtea debet inferre timo rem de cōmiſſis.debet etiam punire per penitentiam ſalutarē ⁊ ab omnibꝰ peccatis abſoluere ſi habet poteſtatē.inſup debet maxime ſecretꝰ eſſe:⁊ nūꝙ reuelare pctā ſibi ꝯfeſſa:qđ ſi fecerit deponitur: ⁊ ꝑpetuo peregrinꝰ pergit vt in.c.oīs de penitētijs ⁊ remiſſionibus De hac materia vide beatū thomā in.iiij.di.xxj.q.ij. argumēto.i. ⁊.q.i.de ꝯditionibꝰ boni ꝯfeſſoris ⁊ de interrogationibꝰ ꝑ eū faciē dis cū autoritatibꝰ ſacre ſcripture:vide plene in manipulo curato rum. Con.ꝯfeſſor blādꝰ.i.ſuauis.prudēs:verax:pius:⁊ equus vt iudex ſup.i.ꝯfeſſor hortatur.i.āmonet ꝯfitentē q̄rit.i.interrogat punit mala.i.imponit penitentiā:vel ſaltē eā inſinuat ꝑ malefact[ ſoluit.i.abſoluit ꝯfeſſor ſit poſtea tacitꝰ:vt celet crimē aliꝰ.i.alteriꝰ

## De mō iniungēdi penitētias.

Cōtra peccata detur contraria pena
Supplicet elatus:maceretur luxurioſus
Propria det cupidꝰ: ieiunet ſepe guloſus

Inuidus os tundat: iratus coꝛde remittat
Audiat officia peregrinans accidioſus
Cuiuis reſtituat ſi poſſit pernicioſus
Reddere ſi neq̄at: ſaltē ſit pꝛompta volūtas

Hec eſt nona huius capi. pars: in qua tractat actoꝛ de modo iniungendi penitentiam dicēs ꝙ pñia peccato contraria debet iniungi penitenti qꝛ omne vicium habet virtutem ſibi cōtrariam: vt ſuperbo debet iniungi ꝙ ſit humilis. luxurioſo ꝙ ſit caſtus et carne maceratus. cupido ꝙ det elemoſinaꝫ de pꝛopꝛio. guloſo ꝙ ieiunet inuido ꝙ letetur de bono pꝛoximi. iracundo ꝙ habeat pacientiam parcendo pꝛoximo ſi eum offendit. pigro ꝙ audiat diuinum officium ⁊ diligenter peregrinetur. furi ſeu latroni ꝙ aliena reſtituat ſi poteſt ⁊ ſi non poteſt ſaltem voluntatem reſtituendi habeat cū poterit. Nota tamen ꝙ omnis penitentia hodie eſt arbitraria vt dicitur. xxvj. q. vij. in. c. tempoꝛa. ⁊ de pe. di. i. c. menſuram. ⁊ đ pe. ⁊ re. c. ſignificauit. ⁊. c. deus qui. Con. [pena cōtraria detur contra peccata. elatus]. i. ſuperbus [ſupplicet]. i. humiliet ſe [luxurioſus maceretur]. i. fiat macer afflictione carnis [cupidus]. i. auar⁹ [det pꝛopꝛia. guloſus ieiunet ſepe. inuidus tundat]. i. percuciat [os] ſuum [iratus]. i. qui habet iram [remittat]. i. dimittat [coꝛde. accidioſus audiat officia diuina. peregrinans]. i. peregrinando [pernicioſus]. ſ. latro: vſurarius: raptoꝛ vel ſymoniacus [reſtituat cuiuis]. i. cuicūqꝫ tenet' [ſaltē volūtas ſit pꝛōpta]. i. pata ſi neq̄at reddere.

## De illis qui tenētur ad reſtitutōeꝫ.

Fur vſuratoꝛ: vrens: ſymon: quocꝫ raptoꝛ
In re deceptoꝛ: alienorumqꝫ repertoꝛ
Rectoꝛ dilapidās qōuis dānū male donaſ
Reddere ſi q̄d habēt vl' amoꝛe dei dar' d̄bēt
Juxta conſiliū cōfeſſorum ſapientum
Mādās: ꝯſilians: ſocians: adiutoꝛ: adulās
Celās: participās: defendēs atqꝫ receptās
Quilibꝫ ⁊ fautoꝛ reddat niſi redderet actoꝛ

Hec eſt decima huius capi. pars: in qua actoꝛ tractat de his qui tenentur ad reſtitutionem. d. ꝙ latro vſurarius ⁊ qui comburit ecleſiam vel alium locum: ſymoniacus ⁊ raptoꝛ alienoꝛum bonoꝛū et quicunqꝫ malicioſe alium decipit in permutatione rerum: qui aliquid inuenit. ⁊ pꝛelatus eccleſie qui dilacerat eius bona vel qui tradit vbi non debet: tales debent eccleſiam reddere indempnem: ſi aliquid de pꝛopꝛio habeant: vel dare debent pauperibus ſꝫᵒ cōſilium ſapientis confeſſoꝛis ⁊ potius ſꝫᵒ eoꝛum conſcientiaꝫ rectā Et generaliter quicunqꝫ mandat aliquid alienum capi: vel qui cōſilium dat: ſeu qui ſociat: ⁊ qui auxilium pꝛebet ⁊ adulatur pꝛebēdo fauoꝛem: qui celat malefactoꝛes cum eis in malo participat: qui eos defendit ⁊ in domo recipit: omnes iſti tenentur reſtituere ſꝫᵒ arbitrium conſcientie ⁊ iudicium confeſſoꝛis ſeu eccleſie: et ſꝫᵒ iuris auctoꝛitatem: de qua habetur in ſingulis titulis qui in hoc textu continentur: vt titulo de furtis in antiquis. Inſtituta. ⁊. ff. ſimiliter de vſuris ⁊c. vide ſuper hoc iura loquentia ad plenum.

Conſtrue [fur: vſuratoꝛ: vrens ſeu comburens: ſymon] .i. ſymoniacus [quoqꝫ] pꝛo et [raptoꝛ] .i. qui aliena rapit [deceptoꝛ in re: qꝫ] pꝛo ⁊ [repertoꝛ alienoꝛum: rectoꝛ] eccleſie ſupple [dilapidans] ſeu diſtrahens bona quoꝛum habet adminiſtrationem: et [donās male quoduis donum debent reddere ſi habent quid] .i. aliquid. vel [debent dare amoꝛe dei iuxta] .i. ſꝫᵒ [conſilium confeſſoꝛum ſapientuꝫ. mandans] aliquid mali fieri ſup. [conſilians] .i. dans cōſilium [ſocians] .i. dans ſocietatem [adiutoꝛ] .i. dans auxiliū [adulans] .i. blandiens [celans] .i. qui celat furtum [participans] .id ē qui partem capit [defendens] .i. ſuſtinens [atqꝫ] pꝛo ⁊ [receptans] .i. recipiens furem vel rem furtiuam. ⁊ [quilibet fautoꝛ] .i. quicūqꝫ fauet debent reſtituere: niſi actoꝛ pꝛincipalis reſtituat. Et qꝛ multiplex eſt modus ſatiſfaciendi ſꝫᵒ modum delinquendi: ideo difficilis eſt materia ſatiſfactionis. eſt tamen de neceſſitate ſalutis: eo ꝙ eſt actus iuſticie cōmutatiue que eſt alteri reddere quod ſuum eſt: vt inſtituta ⁊. ff. de iuſticia ⁊ iure.

## De caſib9 remittēdis ad ſuperioꝛem.

His quibus eſt pena ſolennis pꝛecipiēda
Crimine permagno toti ville publicato
Quilibet artatus anathemate ſiue ligatus
Et qui ſunt auſi miſſas celebrare ligati

Clericus ex culpa confeſſꝰ anoꝛmala facta
Ignem ſuccēdēs ad dādum dāna perurēs
Debent pontifici communi iure remitti
Ut dictos ſoluat ad maiorem ve remittat

Hec eſt.xj.huius capi.pars:in qua tractat actoꝛ de caſibus remittendis ad ſuperioꝛem.d.ꝙ ille remittendus eſt ad ſuperioꝛem: qui tale crimen commiſit ꝙ ei imponenda eſt ſolennis penitentia pꝛopter grauitatem ſceleris totum oꝛbem cōmouentis:vt in.c.accedentibus.de exceſſibus pꝛelatoꝛum: ⁊.xxvj.q.vj.c.i. de pe.⁊ re. c.conſilium.Item cum vult clericus ſiue laicus excōmunicatus a iure vel epiſcopo ſibi reſeruante abſolutionem. Item clericus qui celebrauit excōmunicatus:⁊ quicūqꝫ graue ſeu enoꝛme commiſit peccatum:⁊ qui ponit ignem ad ſuccendendum loca aliqua propter damnum: ⁊ tales remittuntur adhuc ad ſuperioꝛem ſꝫ casus circūſtantiam.Caſus autē epiſcopales cōmuniter enumerati ſunt ſexdecim in his verſibas contenti. Qui facit inceſtum defloꝛans aut homicida.tranſgreſſoꝛ voti:periurus ſoꝛtilegus.Sacrilegus: patrum percuſſoꝛ et ſodomita. Et mentita fides faciens incendia pꝛolis.Oppꝛeſſoꝛ blaſphemus hereticus omnis adulter.Clericum percutiens hj adeant pꝛeſulem. Conſtrue[ his quibus pena ].i. penitentia[ ſolennis eſt pꝛecipienda ].i.pꝛecepto iniungenda[ pro magno crimine publicato toti ville.quibꝰ artatus ].i.ligatus[ anathemate ]⁊ ſacerdotes ſup.[ qui ſunt auſi celebrare miſſas ligati ] id eſt excōmunicati[ clericus confeſſus facta anoꝛmala ]id eſt peccata grauia ex culpa ſua ſup.[ ſuccendens ]id eſt accendens[ ignē perurens ]id eſt comburens[ ad dandum mala debent remitti iure cōmuni:vt epiſcopꝰ ſoluat ].i.abſoluat[ dictos ].i.ſupꝛadictos [ ve ]pro vel:vel[ remittat ad maioꝛem ]

## Quādo confeſſio eſt iteranda.

Si ſit ignoꝛans confeſſoꝛ vel ſine poſſe
Siue fatēs tacuit aliquod moꝛtale ſcienter
Aut anathema celās ſic ſolui iure nequibit
Oblitus pene non facte iam ſibi iuſſe
Et dudum facta confeſſio ſit iteranda.

Hec eſt.xij.huius capituli pars:in qua docet actor quando cõfeſſio eſt iteranda.d.ꝙ quando confeſſor eſt ignorans ⁊ neſcit diſcernere caſus reſeruatos ⁊ non reſeruatos. ſimiliter quando non habet poteſtatem abſoluendi. ⁊ quando confitens non dicit omnia ſua peccata:ſed aliqđ peccatum ſcienter retinet. quando ẽ excõmunicatus et non reuelat excõmunicationeꝫ confeſſori tunc nõ abſoluitur ab eo.pariter ſi obliuiſcitur aut non completꝫ penitenciam ſibi prius iniunctam.Sunt etiam alij caſus quiꝫ ponuntur in manipulo curatorum vide igitur ibi. Conſtrue[ ſi confeſſor fuerit ignorans vel ſine poſſe confeſſio ſit iteranda:ſiue]pro vel: vel [ fatens].i.confitens[ tacuit ſcienter aliquod peccatum mortale: aut ]pro vel:vel[ celans anathema ].i.excõmunicationem maioreꝫ talis ſup.[ nequibit].i.non poterit[ ſolui].id eſt abſolui[ ſic iure ]⁊ peccator[ oblitus pene ].i.penitentie[ non facte ]et[ iuſſe iam prius ſibi]⁊[ confeſſio facta dudum ]iſtis caſibus[ ſit iteranda ]

## Quomodo penitẽtia iniũcta non ẽ dimittẽda ſed bene facienda.

Poſtea fac digne penam patiẽdo benigne
Nã male delinquit qui penã ſpõte reliquit:
Nemo ſatiſfacere poterit de crimine vere
Stãs in mortali peccato tunc aliquali.
Juſſa tamẽ pena: quãuis nõ ſit tibi plena.
Nõ eſt linquẽda:pro crimine ſed facienda.
Nã faciens iuſſuꝫ:referes ꝓ hoc tibi fructũ
Oẽ malũ punit deꝰ:oẽ bonũ quoqꝫ reddit.

Hec eſt.xiij.huius capi.pars:in qua docet actor quomodo penitentia iniuncta eſt facienda bene ⁊ deuote nec debet omitti alias peccaret cõfeſſus.Debemus ergo facere penitentiã digne in ſtatu gracie ⁊ ſine peccato.Etiam pati debemus patienter penam quã ſuſtinemus in penitentia. ille enim qui dimittit propria voluntate ſuã penitentiaꝫ grauiter peccat ⁊ qui in pctõ mortali eã facit:nec poteſt ſatiſfacere niſi ſit in ſtatu gr̃e.verũtñ nõ debet propterea dimitti pñia ſed ꝯpleri debet:qm̃ aliquatenꝰ ẽ vtilis ⁊ fructuoſa:cuꝫ ſit de genere bonorum:⁊ nullum remanet bonum irremuneratum

ſicut nec malum impunitum. Penitentia tamen ſꝫ bonauenturaꝫ poteſt tripliciter a voluntate acceptari. Primo a voluntate imperante: ſicut eſt penitentia ſacramentalis libere facta a voluntate acceptante: vt eſt penitentia martirum. Tertio a voluntate tollerante: vt eſt penitentia exiſtentium in purgatorio. Conſtrue. Tu ſup. [fac poſtea digne penam] .i. penitentiam [patiendo] .i. ſuſtinendo [benigne. nam] pro qꝛ: quia ille [qui relinquit ſponte] .i. ſine cā [penam] .i. penitentiam [delinquit] .i. peccat [male. nemo ſtans in aliquali mortali peccato poterit tunc ſatiſfacere vere de crimine. tamen pena] .i. penitentia [iuſſe] .i. data [non eſt linquenda pro crimine] .i. propter crimen [ſed eſt facienda: Quis non ſit bene plena .i. perfecta [nam] pro qꝛ: quia [tu faciens iuſſum] .i. preceptum cōfeſſoris [referes] .i. reportabis [tibi fructum per hoc. deus punit omne malum: qꝛ] pro et [reddit omne bonum.

Ad quid valēt opa facta ī pctō mortali.
Omnia que fiūt cuꝫ mortali bona proſunt:
Nā mūdi bōa dāt: ꝛ dmonis arma ṙfrenāt:
Mētes illuſtrant: citius tormēta minorant:
Ad maiora bona dant vſumꝗꝫ facienda:
Nō tamē eternā poſſunt acquirere vitam:
Nec tamen purgātur hoies: nec viuificātur
Sed bona que fiūt poſt mortificata ṙuiuūt.

Hec eſt quartadecima huius capituli pars: in qua docet actor ad quid valeant opera facta in peccato mortali dicēs: ꝙ bona opera que fiunt in mortali peccato valent ad augmentationem bonorum temporalium: ꝛ diminuunt vim temptationis dyabolice. illuminant mentem peccatoris: vt cognoſcat ſtatum ſue miſerie ꝛ penitentiam agat. diminuunt etiam penam eternam quantum ad aſperitatem: ꝛ faciunt eam tollerabiliorem. Inſuper prouocant ad maiora bona facienda: non tamen valent ad acquirendum vitam eternā. Per illa eniꝫ bona homines nō purgantur a vicijs nec viuificantur ad graciam: quia ſunt opera mortua: ſed bona que fiunt poſtea deſtructa huiuſmodi culpa priore cum alijs bonis proſunt priora enim que fuerunt mortificata per graciam viuificantur: vt dicitur in canone dicens opera mortua: de pe. di. iiij. Cuius verba

ſunt hec dicens operá mortua priora bona ſignificat apoſtolus.q̄ per ſequens peccatum erant mortua: quia hij peccando priora bona irrita fecerunt.hec ſicut peccando fiunt irrita: ita per penitenciam reuiuiſcunt: ⁊ ad meritum eterne vite ⁊ beatitudinis ſingula prodeſſe incipiunt. Conſtrue[ omnia bona que fiunt cum ]pecca to[ mortali proſunt.nam ]pro q̄: quia[ dant bona mundi: ⁊ refrenāt aram demonis.illuſtrant cicius mentes. minorant tormenta. dant vſum ad facienda maiora bona: tamen non poſſunt acquirere vitam eternam: nec ]pro ⁊ ⁊ non: et[ homines non purgantur ]p ea[ nec viuificantur ]quo ad graciam ſup.[ ſed bona que fuerunt mortificata reuiuunt ]poſt ſcʒ aduenıente gracia ⁊ mediante penitencia.De hac materia habetur in.c.fi.de pe.di.iiij. et ſimiliter in c.ſi refugientes.Et per totam quartam diſtinctionem.

**De ſacramēto altaris ⁊ eius inſtitutione**

**In cena ſummū criſtus inſtituit ſacramētū**
**Sub panis ſpecie cum diſcipulis tribuit ſe**
**Ac ſpecie vini dicēs hoc ſumite cuncti**
**Miſſa celebratur vt mors criſti recolatur**
**Ut deus oretur ſpecialius ⁊ veneretur**
**Ut confortemur ⁊ ſacro pane ſaturemur.**

Hec eſt.xv.huius capi.pars: in qua tractat actor de ſacramento altaris ⁊ eius inſtitutione.d.q̄ xp̄us ordinauit ſummum ⁊ excellentiſſimum euchariſtie ſacramentum quando fecit cenam in hieruſalem cum diſcipulis ſuis: et tradidit ſeipſum ſub ſpecie panis ⁊ vini ⁊ ab illis omnibus ſumendum: vt dicitur luce.xxij. ⁊ in memoriam mortis xp̄i celebratur miſſa: in qua conficitur verum corpus xp̄i vt in.c. Deus oretur ⁊ etiam veneretur: in qua etiam nos xp̄iani roboramur quo ad virtutes et fidem maxime ſuſcipiendo ſcʒ euchariſtie ſacramentum.de omnibus per ordineʒ hoc digniſſimum ſacramentum contingentibus: vide pleniſſime de conſe.di.ij ⁊ de cele.miſ.in antiquis.in.c.cum marthe.De excellentia huiꝰ ſacramenti ⁊ vnitate eius vide in canone.Reuera mirabile: de cōſe. di.ij. Conſtrue[ xp̄us inſtituit ſacramentum ſummum in cena: cum ].i.quando[ tribuit ſe diſcipulis ſub ſpecie panis: ac ]pro et [ ſub ſpecie vini dicens.o [ cuncti ſumite hoc. miſſa celebratur vt

mozs xp̄i recolatur ]id eſt iterum colatur ſeu honoretur[ ꝛ vt deus oretur ꝛ veneret̄ ſpecialiꝰ:ꝛ vt ↄfortemur ꝛ ſaturemur pane ſacro]

## Quid ſignificāt ornamēta preſbiteri.

Dāt ornamēta tibi preſbiter ꝛ documenta
Signat ſubtunica ꝙ mēs debʒ fore mūda
Deſuper aſtrictꝰ ſpeʒ ō ſuperis dat amictꝰ
Vult candor iuſte poderis te viuere caſte
Signat cinctura tibi ꝙ non ſit vaga cura
Per manipulū leue contēpnūtur mala vite
Stola notat ſemper criſto viuere decenter
Strigēs cūcta foris notat īfula fedꝰ amor]

Hec eſt.xvj.huius capi.pars:in qua docet actor quid ſignificāt ornamenta preſbiteri in miſſa.d.ꝙ alba.i.illa tunica.linea ſignificat mētis puritatē.Amictus ṽo qui deſuper albam aſtrictus ponitur ſignificat ſpem celeſtium ꝛ ſupernarum rerum.Albedo autem iſtoꝝ duoꝝ veſtimentoꝝ ſignificat vite iuſticiaʒ ꝛ caſtitatem. Cingulum etiam ſignificat ꝙ mens noſtra nō debet vagari per diuerſa ſecularia deſideria:ſed debet fixa manere in ſpe eternoꝝ bonorum.Manipulus quippe qui in leua manu ponitur ſignificat contemptum huius vite in qua ſunt plura mala. Stola quoqʒ que a ſcapulis vſqʒ deorſum pendet ſignificat quomodo debemus honeſte ſemper deo ſeruire.Et finaliter infula deſuper poſita tegens omnia extrinſecus ſignificat charitatem feruentem quam habere debemus ad deum per quā debemus facere omnia bona opera et ſuſtinere aduerſa:ꝛ penitentiam agere in abſcondito. Aduertēdū tamen ꝙ in miſſa ſumuntur ſeptem veſtimenta corpus ſacerdotis ornantia computato ſuperlicio:qui tamen non eſt de neceſſitate in ſimplici ſacerdote:ſecus eſt in canonico regulari.Et iſta.vij.ſignificant ſeptem dona ſancti ſpiritus:quibus debet eſſe ſacerdos ꝑfuſus.vnde luce.xxiij.c.dicitur.Induantur virtute ſpiritꝰ ſancti ex alto.Et ꝙ debet eſſe armatus contra ſeptem peccata mortalia.vnd̄ apl̄us ad ephe.vj.Induite vos armatura dei vt poſſitiſ ſtare aduerſus inſidias dyaboli.Vel etiaʒ ſignificāt ſeptē ṽtutes.ſ.tres theologales:ꝛ quatuor cardinales:quibus debet eſſe armatus ſacerdos.vnde apl̄us ad Ro.xiij.Induamur arma lucis glorie:arma virtutum:quia non eſt licitum indui ſacco.i.peccato; aulaʒ regis

ſcilicet criſti intrare volentem̄. De ſignificatione horum omnium vide ample cū autoritatib⁹ allegatis in manipulo curatoꝝ. Con. o preſbiter| ornamēta |miſſe ſup.| dant tibi hec documenta que ſequuntur ſup.| ſubtunica.ſ.alba que ponitur ſub alijs indumēt| | ſignat ꝙ mens debet fore.i.eſſe| munda. Amict⁹ aſtrictus deſup dat ſpem de ſuperis.i.de celeſtibus| candor ſeu lux| poderis.i.albe que tangit pedes| vult te viuere iuſte ꝛ caſte. Cinctura.i.cingulum| ſignat ꝙ cura vaga nō debet eſſe tibi.mala vite preſent| ſup. | contempnuntur per manipulum leue.i.manus ſiniſtre| ſtola notat id eſt ſignificat| ſeruire ſemper decenter criſto. infula ſtringēs cuncta foris notat fedus amoris.

**Quid ſignificat altare ꝛ ea q̄ ſupponūt.**

Deſignat ſignū cruc| ara calixq; ſepulchrū
Sed panis carnē criſti vinūq; cruorem
Sudorem dat aqua: ſudaria linea palla
Uerba liber ſcript⁹ que protulit i cruce xp̄s

Hec eſt ſeptimadecima hui⁹ capituli pars: in qua tractat actor quid ſignificat altare ꝛ ea que ſuperponuntur dicens ꝙ altare ſignificat ſignum crucis: ꝛ calix ſignificat ſepulchrum corporis xp̄i. panis autem ſignificat carnem: ꝛ vinum ſignificat ſanguinem xp̄i. aqua vero ſignificat ſudorē quē xp̄s emiſit a corpore: ꝛ mappa ſignificat ſudarium xp̄i. liber autem ſcriptus ſignificat que xp̄us in cruce protulit. De ſignificatione altaris et quid ſignificent lintheamina habetur plene in rationale diuinorum officiorum ſuper rubrica de altare in.c. altare autem in eccleſia. Conſtrue| ara id ē altare| deſignat ſignuꝫ crucis: qꝫ pro et| calix deſignat ſepulchrū criſti: ſed panis deſignat carnem criſti: qꝫ pro et| vinum deſignat cruorem id eſt ſanguinem chriſti | aqua dat ſudorem. palla id eſt mappa| linea dat ſudaria. liber ſcriptus dat | verba que chriſtus protulit in cruce.

**De forma ꝛ materia miſſe.**

Jn miſſa forma ſunt verba ieſu benedicta
Panis materia cū vino vitis ꝛ aqua
Preſbiter hec ſacrat intentio ſi tamē extat

Hec eſt.xviij.huius capituli pars in qua tractat actor de forma ⁊ materia miſſe.d.ꝙ verba dñi noſtri iheſu criſti benedicta ſũt forma ipſius miſſe.panis vero vinum ⁊ aqua ſunt materia.preſbiter autem cum intentione ſua eſt cauſa efficiens dum intendit hec cõſecrare.Aduertendum tamen ꝙ forma iſtius euchariſtie ſacramẽti eſt hec.hoc eſt enim corpus meum.Et obmiſſis multis opinionibus doctorũ theologorum de demonſtratione huius pronominis hoc.dic ꝙ demonſtrat illud quod continetur ſub ſpeciebus panis ⁊ vini ⁊ aque quodcũqꝫ ſit illud.vide ſuper hoc doctores in quarto ſententiarum:⁊ in manipulo ponuntur alique rationes eorum. de materia autem huius ſacramenti nullus dubitat.de hoc etiam habetur in.c.cum marthe.de cele.miſ.Quomõ ⁊ quare aqua in ſacrificio altaris vino miſceatur:vide in.c.in calice. de conſe.di.ij. quando de latere xp̄i exiuit aqua vt mundaret peccatores:et ſanguis vt redimeret.quare autẽ de latere:quia vnde culpa inde gracia.culpa per feminam:graciam per xp̄m. Conſtrue[ verba ihũ benedicta ſunt forſan in miſſa.panis eſt materia cum vino vitis] ⁊ [aqua.preſbiter ſacrat].i.conſecrat[ hec tñ ſi merito extat].i.eſt.

## Oratio dũ leuatur corp9 criſti.

Sacra vidẽs ora genib9 flexis ⁊ adora
Dicens deuote verſus hos quos doceo te
Salue ſaluator mũdi rex atqꝫ creator
Qui de9 es ⁊ homo nat9 de virginis aluo
Te deus exoro ſupplex et pronus adoro
Ut mihi condones ⁊ celi gaudia dones
Necnõ defunctis viuis fidis quoqꝫ cũctis.

Hec eſt.xix.huius capi.pars:in qua docet actor quã orationeꝫ debemus dicere cum corpus xp̄i leuatur in miſſa.d.ꝙ cum videm9 hoſtiam conſecratam:hoc eſt corpus xp̄i verum: debemus flexis genibus orantes adorare ⁊ dicere deuote hos verſus ſequentes.ſ. Salue ſaluator mundi ⁊c].Confitendo ⁊ credẽdo firmiter ibi xp̄m eſſe mundi ſaluatorem creatoreꝫ ⁊ regem: qui eſt deus ⁊ homo:natus de maria virgine orando ſuppliciter et adorando prono.i.inclinato in terran: vt dignetur nobis xp̄us donare gaudia celi: ac etiam omnibus fidelibus viuis ⁊ defunctis. Aduertendum ꝙ ea

que ponuntur in hāc oratione continentur virtualiter vel formaliter in articulis fidei qui ponūtur in.c.firmiter credimus:⁊ in ſimbolo.Quicunqꝫ vult ⁊c .Finis vero orationis eſt deprecatiuꝰ more matris eccleſie ſolum obſtat celeſtia nobis tribui de terrenis nihil curantes tanq̄ nullius momenti et virtutis. Conſtrue.tu vidēs ſup.ſacra ora ⁊ adora genibus flexis.d.deuote hos verſus quos doceo te ſcꝫ ſup.[Salue ſaluator]⁊c .O[ſaluator mundi rex atqꝫ]pro et[creator ſalue.Qui es deus ⁊ homo natus de aluo].i.d ventre virginis]marie ſup.O[deus exoro].i.precor te ⁊ ego[ſupplex].i.humiliter ſuplicans[⁊ pronus in terra adoro te:vt condones ⁊ dones mihi gaudia celi:necnon].i.etiā[defunctis fidis].i.fidelibus[quoqꝫ]pro et[cunctis viuis fidis.

## Oratio dicēda qn̄ leuatur eiꝰ ſanguis.

O ſanguis criſti qui fuſus amore fuiſti
Humani generis nobis precor auxilieris
Dele peccata da nobis regna beata

Hec eſt.xx.huius capituli pars:in qua tractat actor de oratiōe dicenda quando leuatur ſanguis xp̄i in miſſa:oratio autem hec ē. O ſanguis xp̄i:in qua continetur q̄ ſanguis dn̄i noſtri ih̄u xp̄i effuſus fuit in ara crucis pro nobis ⁊ pro toto humano generi: quare precamur vt nobis auxilietur delendo peccata noſtra:⁊ vt det nobis regna celeſtia.De veritate autem carnis ⁊ ſanguinis xp̄i in ſacramento altaris ſatis habetur in.c.ſicut verus.⁊ in.c. corporeuꝫ de conſe.di.ij. Con.o[ſanguis xp̄i:qui fuiſti fuſus amore humani generis p̄cor auxilieris nobis.dele pctā.da regna beata nobis]

## Quomō quilibꝫ debet recipere corpꝰ criſti

Quiſq̄ dei ſumēs corpꝰ ſit ei bene credens
Orans deuotus:ieiunus crimine lotus
Sitq̄ timoratꝰ:nō vlla claue ligatus
Pranſus percipere poterit cogente neceſſe
Corpore percepto te cuſtodire memento
Nequaq̄ ſācto pellas quid de ſacramēto

Redde deo grates orãs det tibi bonitates
Ne ſis ingratus caueas quoſcũqȝ reatus.

Hec eſt.xxj.huius capituli pars: in qua tractat actor quomodo debet quilibet recipere corpus xp̄i:⁊ poſtea ſe cuſtodire reddendo gracias deo dicens:ꝙ quicunqȝ recipit corpus xp̄i debet habere bonam fidem orando deuote ieiunus ⁊ ſine crimine.etiam cum timore reuerentiali debet recipere ⁊ ſine excõmunicatione debet eſſe Is autem qui pranſus eſt poterit recipere corpus xp̄i ſi immineat aliqua vrgens neceſſitas.Recepto autem corpore xp̄i debet recipiens ſe valde honeſte cuſtodire et cauere ne aliquid de ſpeciebus ſacramẽtalibus mittat foras.Item debet deo gracias agere ne ingratus de tanto beneficio videatur. Conſtrue.Quiſqȝ ſiue quilibet ſumens corpus dei ſit credens bene ei.Sit orans deuotus ieiunus.nedum euchariſtie ſacramentum eſt a ieiunijs percipiẽduȝ ſed etiaȝ omnia ſacramenta:in canone.Sancta.de conſe.di.ij.niſi in neceſſitate vt ibi dicitur.Et ſit lotus.i.lauatus crimine:qȝ pro ⁊ ſit timoratus non ſit ligatus vlla id eſt aliqua claue.homo pranſus poterit percipere corp⁹ xp̄i:hoc dico neceſſe.i.neceſſitate cogẽte.Memento te cuſtodire honeſte et pure a peccato cauendo.corpore xp̄i percepto id eſt ſuſcepto.Nequaq̄.i. non pellas.i. mittas quid.i.aliquid de ſacramento ſancto.Tu orans redde grates deo vt ipſe det tibi bonitates ſcilicet virtutes et alia bona neceſſaria. Caueas quoſcunqȝ reatus ſeu quecunqȝ peccata.ne pro vt ⁊ non: vt non ſis ingratus.vide ample de diſpoſitione ad receptionẽ corporis xp̄i per apoſtolum ad corinth.xj.in fine.vide etiam quomodo vxorati debent abſtinere a cõmixtione carnali. et continenter viuere tribus quatuor aut octo diebus in.c.omnis homo.de con. di.ſecunda.

## De extrema vnctione quomodo debȝ fieri:⁊ vbi ⁊ ad q̇d valȝ.

Preſbitero debet adultus infirmus inungi
In ſeptẽ membris:oleo:cruce quoqȝ bbis
Vngitur infirmus:vt maior gratia detur
Sit leuior morbus:⁊ pena minor tollerẽ

Hec eſt viceſima ſecunda hui⁹ capituli pars:in qua docet actor

de extrema vnctione quomodo debeat fieri et ad quid valeat di-
cens: ꝙ infirmus qui eſt adultus ⁊ doli capax debet a ſacerdote ſi
appareat mortis periculum inungi oleo ad hoc ordinato in ſeptē
membris per que potuit egrotans peccare. Membra autem ſunt
hec. oculi: os: aures: nares: manus: pedes: ⁊ renes. Et vngendo in
firmum debet in quolibet loco facere ſignum crucis: ⁊ dicere hec
verba. Per iſtam ſanctam vnctionem: ⁊ per ſuam piiſſimam miſe-
ricordiam indulgeat tibi deus quicquid deliquiſti per viſum: ⁊ ſic
de alijs ſenſibus. In hac autem vnctione maior confertur gracia
infirmo ꝙ prius haberet. Item morbus eius fit tollerabilior et pe
na minor ſuſtinetur: de hoc etiaꝫ ſacramento ſatis habetur in ma
nipulo curatorum. Quid autem operetur iſtud ſacramentuꝫ ⁊ que
ſit propria eius materia. Et ſiquis vngat infirmum criſmate carēs
oleo teneat vnctio. Et quomodo criſma non eſt niſi oleum balſa-
mo admixtum: et ſic fere eadem eſt vſia. Item vtruꝫ valeat vnctio
de oleo non conſecrato ſicut valet baptiſmus de aqua non con-
ſecrata: vide de conſe. di. v. c. primo. et ex. de ſacra vncti. c. vnico.
Eſt melius in gloſa capituli preſbiteros. xciiij. di. Conſtrue⌊ in-
firmus adultus debet inungi oleo preſbitero⌋. i. a preſbitero⌊ in
ſeptem membris: quoqꝫ⌋ pro et⌊ infirmus vngitur⌋ cum⌊ oleo⌋ cuꝫ
⌊ cruce⌋ et cum⌊ verbis: vt gracia maior detur ſibi. et vt morbꝰ ſit
leuior⌋ et vt⌊ pena minor tolleretur⌋. i. ſuſtineatur.

## De ordinibus ⁊ numero ordinum.

Ordo ſeptenꝰ eſt claro munere plenus
Tres ſūt maiores: ſꝫ bis duo prio minores
Janitor eſt primꝰ: lector vult eſſe ſecundus
Exorciſta ſubit his: acolitus ſibi nubit
Subleuita ſubeſt: leuitaqꝫ ſacrior hoc eſt
Septimo collatus eſt ordo preſbiteratus
Gratia cū poſſe dat̄: imprimiturqꝫ caracter

Hec eſt. xxiij. huius capituli pars: in qua tractat actor de ordi-
nibus ⁊ numero eorum dicens ꝙ ſeptem ſunt ordines quoruꝫ tres
ſunt ſacri et vocantur maiores. alij autem quatuor ſunt non ſacri
et dicuntur minores. et ſunt priores qꝛ prius ſumuntur. Et ab iſtis
ordinatꝰ appellat̄ ſcꝫ ianitor: lector: exorciſta: ⁊ acolitꝰ. Primꝰ aūt

ordo ſacer appellatur ſubleuita ſeu ſubdiaconus qui tamē in primitiua eccleſia non erat ſacer ordo vt dicitur in.c.a multis de etate ꝛ qualitate ordinandoꝝ. Secundus ſacer ordo appellatur diaconus ſeu leuita. Et tertius ꝛ vltimꝰ vocatur preſbiteratus. in his enim ordinibus gracia confertur cum aliqua poteſtate aliquid faciendi qđ prius nō poterat nec debebat. Imprimitur etiā caracter qui eſt indelebilis: quare tales ordines non reiterantur. Aduertēdum tamen ꝙ ſcꝫ canoniſtas ſunt nouem ordines: quia dicunt epiſcopalem dignitatem eſſe ordines. Theologi vero ſolum dicunt eſſe ſeptem. de hoc tractat iohānes andree in ſalutatione libri ſexti vide etiam in canone cleros.xxij.di. Nota ꝙ magiſter ſententiaꝝ in quarto.di.xxiiij. dicit ꝙ ordo ſacer eſt ſacramentum ſignaculuꝫ quo confertur ſpiritualis poteſtas ea faciendi que pertinent ad illum ordinem. Conſtrue[ordo ſeptenus].i.in ſeptem diuiſus[ē plenus munere claro].i.ſpiritꝰ ſancti[tres ordines ſunt maiores: ſed bis duo].i.quatuor[ſunt primo minores. ianitor eſt primus] ordo[lector vult eſſe ſecundus. exorciſta ſubit].i.ſequitur[his acolitus].i.ille ordo[nubit].i.ſociatur[ſibi. ſubleuita].i.ille ordo[ſubeſt: qꝫ]pro et[leuita eſt ſacrior hoc].ſ.priore ordine[ordo preſbiteratus eſt collatus ſeptimo loco. gracia dei cum poſſe].i.cū poteſtate[datur]in his ſacramētis ſupple[qꝫ]pro et[caracter]id eſt ſignum indelebile[imprimitur]in ordine.

## De horis dicendis ꝛ a quibus.

Quilibet iſtorū qui fit ſuſceptor eorum
Ad ſacra promotus debet necnon titulatꝰ
Horas quotidie ſeptenas dicere rite.

Hec eſt.xxiiij. huius capi. pars: in qua tractat actor de horis canonicis dicendis docēs a quibus dici debeant. dicit ergo ꝙ quicūqꝫ ſuſcepit aliquem ſacrorum ordinum vel aliquaꝫ eccleſiam in titulum debet et tenetur quotidie dicere ſeptem horas canonicas ſcꝫ ritum ſue cathedralis eccleſie vel ſancte romane eccleſie. ꝛ rō huius eſt de intitulatis: quia propter officium diuinum datur beneficium vt in.c.vltimo.de reſcrip.in.vj.de alijs autem dicitur in c.dolentes.ꝛ in.c.i.de cele.miſ.de hac materia vide ampliſſime p dn̄m anthonium de ferrarijs in quodam tractatu ſuo quem fecit de horis canonicis dicendis. Conſtrue[Quilibet eorum]nominum[qui fit ſuſceptor iſtorum]ordinum ſacrorum[promotus ad ſacrā: necnon].i.etiam[titulatus].i.habens eccleſiam in titulum

[ debꝫ quotidie dicere rite ſeptenas horas.i.ſeptẽ horas canoīcas

Ad quid dicūtur hore ⁊ quid ſignificāt.

Ut collaudetur criſtus ⁊ mors memoretur
Nocte ieſus captus: damnat̃ iudice prima
Ducitur in terna:ſexta crucifigitur in hora
Mortuus eſt nona:fit lancea veſpere fixa
Cōditur extrema cur ſeptē dicimus horas

Hec eſt.xxv.huius capituli pars :in qua tractat ſeu docet actor quare dicuntur hore ⁊ quid ſignificant dicens ꝙ ſeptem horas canonicas dicimus ad laudem dei ⁊ memoriam mortis eius. Matutine enim dicuntur ea hora qua xp̄us captus eſt.Prima vero dicitur ea hora qua xp̄s cōdemnatus ē.Tertia ea hora qua ductus ē vt crucifigeretur.Sexta dicitur ea hora qua crucifixus eſt. Nona vero dicitur ea hora qua mortuus eſt. Ueſpere autẽ dicuntur ea hora qua percuſſus eſt lancea in latere dextro.Completorium dicitur hora qua xp̄s fuit ſepultus. Conſtrue[ Ut collaudetur xp̄s ⁊ mors memoretur:dicimus ſeptem horas]canonicas[ ieſus ] fuit ſup.[ captus nocte]ieſus[ damnatur ] .i.condemnatur[ prima hora iudice ].i.a iudice.ieſus[ ducitur ]ad crucem ſup.[ interna ]id ē hora tertiarum.ieſus crucifigitur]in hora ſexta ieſus eſt[ mortuꝰ ] hora[ nona.lancea fit fixa veſpere]ieſus[ conditur ].i.aromatibus vngitur ⁊ ſepelitur[ cur ] .i.quare[ dicimus ſeptem horas ] canonicas.dn̄s Innocentius dicit in.c.i.d̉ cele.miſ. ꝙ quilibet clericꝰ etiā in omnibus ſacris ordinibus ↄſtitutꝰ omni die d̉bet dicere officia diuina vel audire:ar.xc.di.clericus.⁊.c.fi.⁊.cxij.di.fi.

Quomodo hore debent dici.

Clerice pauſādo dic horas nō properādo:
Dicas attente:dic totū ſupplice mente.
Dic iuxta morē: dicas primoq̧ priorem.
Cunq̧ deo loqueris orās nō ergo vageris:
Sincopa vitetur verſus non anticipetur.
Donec finitus omnino ſit bene primus.

In templo vanũ fuge cantũ: dilige planũ.
Nõ clames tantũ cogaris linquere cãtum.

Hec eſt viceſima ſexta huius capi. pars: in qua docet actor quomodo hore debent dici. dicit ergo ꝙ debemus cum pauſa decenti non nimis properando horas dicere. Attendere etiam debem⁹ ad ſignificationem ⁊ intellectum eorum que dicimus: ⁊ omnia dicere debemus deuote ⁊ humiliter. Et quia cum deo loquimur: non vagari per alia extranea nullatenus debemus: nec interrũpere verba propter precipitationem nimiam: nec incipere vnum verſuꝫ pri⁹ ꝙ alius ſit finitus. Non etiam ad vanam gloriam ſed eam fugiendo cantabimus plane ſine deuiatione. Nec eſt inchoandus cãtus nimis alte ita vt cogatur quis poſtea dimittere eundem. magis enĩ corde ꝙ vocibus cantandum eſt in eccleſia dei ⁊ non cum organo vel melodijs vt populum delectet vt dicitur. xcij. di. per totum. Idem dicitur in canone. cantantes. di. xcij. Conſtrue. O clerice dic horas pauſando .i. pauſas faciendo non properando. dicas attente. dic totum mente supplice .i. humili Dic iuxta morem .i. conſuetudinem loci: qꝫ pro et dicas primo priorem: qꝫ pro et tu orans loqueris cum deo ergo non vageris. Sincopa vitetur: verſus non anticipetur: donec prius verſus ſit omnino bene finit⁹. fuge cantum vanum in templo dei ſupple dilige planum cantuꝫ. Non clames tantum ꝙ cogaris linquere cantum.

## De cõiugio vbi ſtatutũ fuit ⁊ ad quid.

Coniugiũ primo ſtatuit deus in paradiſo
Aſſociãs hominẽꝫ quos fecerat ⁊ mulierẽꝫ
Ad prolẽ dandum legaliter ac fouendum
Fit quoqꝫ pro culpa luxus carnis fugiẽda
Cõiugij bona ſunt ples: fides: ſacramẽtũ
Hec tria nubentes debẽt ſeruare fideles
Ut prolẽ generent: semperqꝫ fidẽ ſibi ſuent
Ut conſeruentur ſemꝑ ſimul atqꝫ iuuentur

Hec eſt. xxvij. huius capituli pars in qua tractat actor de matrimonio docens quare ⁊ vbi fuit inſtitutum. Dicit ergo ꝙ in princi-

J. P. N. Bernardus

pio mundi deus inſtituit hoc ſacramentum matrimonij:et hoc fe‑
cit in paradiſo terreſtri cum adam eue coniunxit vt ſcribitur geñ.
ij.z.ix.cum dixit.Creſcite z multiplicamini.dicitur etiam in.c.gau‑
demus de diuortijs.ꝙ per illa verba. hoc nunc os ex oſſib⁹ meis
inſtitutum eſt ſacramentum matrimonij.Cauſa autez huius ſacra
menti eſt multiplicatio prolis z vitãde carnis culpe cauſa:que pro
na eſt ad malum Geñ.viij:Tria igitur bona ſunt in huiuſmodi ſa
cramento.ſ.fides partium:proles z ſacramentum. Et hec tria de‑
bent interuenire a principio ſuſcepti ſacramenti z perſeuerare vſ‑
qz in finem.Primo fides vt neuter adulteretur.proles vt eam ma‑
ter alat z ſuſcipiat.Sacramentum vt matrimoniuz non ſeparetur
licet thori diuiſio fiat per adulterium:matrimonium tamen nõ ſe‑
paratur.xxij.q.ij.c.ij.Niſi alter trãſiret de preſenti ad religionez
vt habetur de conuerſione coniugatoruz.c.ex publico.Nullus igi
tur extra matrimonium aut preter ſpem prolis ſuſcipiende ac etiã
fide ſaluata ſacramenti debet carnis actum complere alias mor‑
taliter peccat vt dicitur ad epheſeos.v.hoc enim ſcitote ꝙ omnis
fornicator non habet partẽ in regno xp̄i z dei.Et ad corinthios.vj.
qui autem fornicatur in corpus ſuum peccat. Et notanduz ꝙ ma‑
trimonium eſt viri z mulieris coniunctio indiuidua vite conſuetu
dinem retinens.xxviij.q.ij.§.apud. Conſtrue[ deus ſtatuit ]id ẽ
ordinauit[ primo coniugium ]illud ſacramentum ]in paradiſo ]ter
reſtri.ipſe deus ſup.[ aſſocians hominem z mulierez quos fecerat
ad dandum legaliter ] .i.ſub lege[ ſacramenti prolem :ac ]pro z[ fa
ciendum:quoqz ] .i.certe coniugium[ fit culpa carnis luxus ] id eſt
luxurie[ fugienda.proles:qz ]pro z[ fides ]z[ ſacramentuz ſunt bo
na ]ſacramenti[ nubentes ]id ẽ vxorati[ fideles debent ſeruare hec
tria[ ſcz ſup.[ vt generent prolem:qz ]pro et vt[ ſeruent ſemper fi‑
dem ſibi ]z[ vt conſeruentur ſemper ſimul:atqz ] pro z :vt[ iuuen‑
tur ]ſimul.

## Quot requirũtur ad ↄiugiũ et de impediẽtibus ipſum.

Fit quoqꝫ cõiugiũ conſenſu: ſed decz ipſuz
Conſenſum ſignis oſtendi: ſiue loquelis
Quãdo tractatur cõiugiũ: bene videatur
Anteqꝫ factuz ſit: ſi pateat impedimentum.

Nam male peccarent ſi cõtra ius ſociarent.
Error:condicio:votum: cognatio: crimen:
Cult⁹ diſparitas:vis:ordo:ligamẽ:hoẽſtas:
Si ſis affinis: ſi forte cohire nequibis:
Hec facienda vetãt ↄnubia facta retractãt.

Hec eſt.xxviij.huius capi.pars:in qua docet actor que requirũtur in matrimonio ⁊ que ſunt impedimenta eius dicens ꝙ matrimonium contrahitur ſolo conſenſu ambarum partium. debet tñ talis conſenſus clare manifeſtari per verba vel per ſigna infallibilia. Aduertendum tamen eſt diligenter quãdo tractatur matrimonium vtrum ſit aliquando impedimentum inter volentes contrahere:quoniam peccant grauiter qui matrimonia iure canonico interdicta ſcienter tractant.impedimenta autem ſunt.xij.ſcꝫ error.ſ. perſone qui ex ſui natura ⁊ non ex inſtitutione eccleſiaſtica ſolum impedit matrimonium quoniaꝫ qui errat non conſentit vt.ff.de iuriſditione.l.per errorem.et errantium voluntas nulla eſt vt.C. de iuris ⁊ facti ignorantia.l.cum per teſtamentum.vnde ſi vir vł mulier erret in matrimonio contrahendo:nullus eſt conſenſus qui ſolus facit matrimonium.Notandum tamen ꝙ triplex poteſt eſſe error circa perſonam.ſ.ipſius perſone: vt ſi de petro credatur ꝙ ſit guillermus erratur circa perſonam:⁊ talis error non impedit matrimoniuꝫ.Alius eſt error fortune: vt ſi de paupere credatur ꝙ ſit diues.Tertius eſt error qualitatis vt ſi de ignobili credatur ꝙ ſit nobilis:vel ſi de corrupta credatur ꝙ ſit virgo. Et iſti duo vltimi errores non impediunt matrimonium.Aliud eſt impedimentuꝫ cõditionis ab eccleſia introductum in fauorem libertatis:et tale impedimentum impedit matrimonium:vt ſi mulier libera ignorãter contrahat cum ſeruo vel econtra matrimonium nullum eſt:niſi poſtꝙ alter nouerit conditionem alterius conſentiat in eum vł eã ṽbo vel facto vel carnali copula.Tertiuꝫ ẽ impedimẽtũ voti.ſ.cõtinentie vł caſtitatis:⁊ ſi ſit ſimplex impedit matrimoniũ ↄtrahẽdũ ſed nõ dirimit iã ↄtractuꝫ.ſec⁹ eſt de ſolenni vt in.c.vnico de voto et voti redẽptione.li.vj. Promoti etiã ad ſacros ordines ⁊ religioſi nõ poſſũt ↄtrahere. Quartũ ẽ impedimẽtũ cognatiõis q̃ triplex eſt.ſ.carnalis:ſpiritualis:⁊ legalis. Carnalis appellatur ↄſanguinitas.Eſt aũt ↄſanguinitas vinculũ pſonaꝝ ab eodẽ ſtipite deſcẽdentiuꝫ carnali propagine ↄtractum. Et inter hmõi ↄſanguineos

prohibitum eſt matrimonium vſq̃ ad quartum gradum in linea tranſuerſali. in linea autem aſcendenti et deſcendenti recta prohibitum eſt matrimonium vſq̃ ad infinitum. Cognatio autem ſpiritualis eſt propinquitas prouenięs ex ſacramenti datione vel ſuſceptione: vt cum ſacerdos baptiſat puerū efficitur eius pater ſpiritualis. Similiter patrinus ⁊ matrina vt dicitur. iij. q. i. in. c. omnis. hec autem cognatio prohibet matrimonium inter leuantem ⁊ leuatum: ⁊ inter filios ⁊ filias leuantis et patris et matris leuati. Cognatio vero legalis que eſt adoptio vix aut nunq̃ habet in vſu prebet tamen impedimentum ſᷓ ius ciuile inter adoptantem ⁊ adoptatum ⁊ inter filios carnales ⁊ adoptiuos. Quintū impedimētum eſt criminis. Unde nota q̃ eſt aliquod crimen impediens matrimonium ſed non dirimens: ſicut eſt inceſtus: vxoricidium: raptus aliene vxoris: ſolennis penitentia: et ſiquis inſidiando matrimonio proprium filium de fonte ſuſceperit vt poſſit priuare vxorē debito carnali. Item homicidium preſbiteri ⁊ multa alia. Tria autem ſūnt crimina que impediunt ⁊ dirimunt. primum cum aliquis adulteratur cum aliqua coniugata: ⁊ ipſe vel alia machinatur cū effectu in mortem mariti. Secundū eſt ſi adulter preſtet fidē adultere q̃ ducet eam poſt mortem mariti legitimi. Tertium eſt q̃ non preſtet fidem de ducendo eam: ſed principaliter eam ducit ⁊ cū ea contrahit: q; vt ait celeſtinus papa: plus eſt ducere q̃ fidem dare extra de eo qui ducit in matrimoniū quā polluit per adulterium c. cum habere. Sextum eſt impedimentum diſparitatis cultus ſc; quando alter eſt fidelis ⁊ alter infidelis matrimonium nullum eſt inter eos: niſi alter conuerteretur ad fidem alterius. Septimū eſt impedimentum violentie. violentia enim de ſui natura excludit cōſenſum liberum qui ſolus facit matrimonium: vt ſi alter coniugū coactus violenter contrahit inuitus matrimonium. Octauum eſt impedimentum ordinis. et intelligendum eſt de ordine ſacro: quoniam minores ordines non impediunt. Nonum eſt impedimentum ligaminis cum quis ſc; eſt ligatus alterius vxori per ſacramētū matrimonij. Decimum eſt impedimentum publice honeſtatis iuſticie introductum ab eccleſia propter eius honeſtatem: vt cū quis deſponſauit puellam ſeptennam: licet eam non cognoſcat: nullus tamen conſanguineus viri poterit eam habere in vxorem vt in. c. iuuenis. extra de ſponſalibus. Undecimum impedimentū eſt affinitas. eſt autem affinitas perſonarum propinquitas ex carnali copula prouenięs omni carens parentela. Et non protenditur vltra primum gradum: de hac in. c. tue fraternitati. de conſanguinitate

⁊ affinitate. Duodecimum impedimentum eſt impotentia coeundi ⁊ iſtud eſt maximum: q꞉ contrariatur directe matrimonio qd ordinatur ad prolem ſuſcipiendam ⁊ aliquando prouenit a natura vt frigiditas in viro: ⁊ artatio in muliere. aliquando prouenit ab accidente vt caſtratio maleficiuꝫ quod fit per quedam maleficia que dicuntur ſorte vel facture. Aliud eſt impedimentum temporis feriarum: vt ab aduentu dñi vſqꝫ ad octauas epiphanie: ⁊ a ſeptuageſima vſqꝫ ad octauas paſce: ⁊ a tribus diebus ante aſcenſionē dñi incluſiue vſqꝫ ad octauas penthecoſtes prohibetur contrahi matrimonium vt extra de ferijs. c. capellanus. Aliud eſt impedimentum quod vocatur interdictuꝫ eccleſie. ſ. qnando aliquis prohibetur contrahere cum aliqua: quia forte dicitur eius conſanguinea vel affinis vł ſponſa alterius: ⁊ generaliter quandocunqꝫ prohibetur matrimonium a canone expreſſo iure: ſed iſtud impedimētum non ſemper dirimit matrimonium contractum. Impedimēta autem perpetua ponit dominus Innocentius cum allegationib⁹ in. c. iuuenis extra de ſponſalibus. Conſtrue [Quoqꝫ] .i. certe [cōiugium] .i. matrimonium [fit conſenſu: ſed decet ipſum conſenſuꝫ oſtendi: ſignis ſiue] pro vel: vel [loquelis] .i. ſermonibus [quādo coniugium tractatur: videatur bene anteq̄ ſit factum ſi impedimētum pateat. nam pro q꞉: quia his ſup [qui ſociarent virum ⁊ feminam [contra ius peccarent male. error. ſ. ſup. perſone [conditio. ſ. ſeruitutis [cognatio. ſ. cōſanguinitas perſonarum [crimen: diſparitas: cultus. i. religionis [vis. i. violentia [ordo ſacer ſup. [ligamen. i. vinculum matrimonij [honeſtas publica ſup. [affinis id eſt affinitas perſonarum [Si nequibis. i. ſi non poteris [forte coire. hec ſupradicta vetant. i. prohibent connubia. i. matrimonia facienda: ⁊ retractant. i. diſſoluunt connubia facta.

## De tēpore prohibēte ꝯiugiū.

Sex ferie vetitū prohibēt ſed nō ea ſoluūt
Aduentus differt ſponſos: felix q̊qꝫ confert
Septuagena negat paſche lux nona r̄laxat
Letania vetat: ſed trinum numē adunat

Hec eſt. xxix. ac etiam vltima huius capi. pars: in qua docet actor tempora prohibentia matrimoniuꝫ fieri dicens: q̄ hec ſex ferie que ſequuntur in textu prohibent matrimoniuꝫ tribus temporib⁹ celebrari: verūtamen contractuꝫ non dirimunt. Tres priores pro-

hibent fieri eo tempore matrimonium de preſenti cum ſolennitate z tres ſequētes z relaxant tempus matrimonij. Et primo aduent⁹ phbet .rahi matrimoniu₃.S₃ feſtū felicis ꝯfert ptātē₃ celebrādi matrimoniū.Itē ſeptuageſima negat matrimoniū vſq₃ ad nonam diem poſt paſca.Nona ꝟo dies dat ptātē. Item rogationes prohibent matrimonium vſq₃ ad feſtum ſancte trinitatis.De hac materia in canone oportet.xxxiij.q.iiij.vbi textus.Non oportet. A ſeptuageſima vſq₃ ad octauam paſce.z tribus ebdomadis ante feſtiuitatem ſancti iohis baptiſte.Et ab aduētu dñi vſq₃ poſt epiphaniam nupcias celebrare. Con.ſex ferie prohibent matrimonium vetitū:ſed nō ſoluūt.i.diſſoluūt[ea]matrimonia[aduēt⁹].i.illud tēpus[differt.].i.diſtare facit[ſpōſos:quoq₃]pro z[felix].i.illud feſtū[cōfert].i.tribuit facultatē matrimonio ſup.[ſeptuagena].i. ſeptuageſima[negat matrimoniū[nona lux].i.dies nona a feſto [paſce relaxat]matrimonium[letania].i.tēpus rogationu₃[vetat .i.phibet[ſ₃ numē trinū].i.feſtu₃ trinitat[[adunat]mrimoniū ſup.

## Capitulū quītū ď ꝟtutib⁹ z prio i generali

Criminibus lotis de mente tuaq₃ remotis
Inſere virtutum ſemen que ſint tibi ſcutum
Nec quantum viues in peccatum recidiues
Sintq₃ tibi lumē:quo poſſis cernere numen

Hoc ē quintū hui⁹ tctius operis capi.in quo tractat actor de virtutibus primo in generali.ſecūdo in ſpeciali dicens: purgatis criminibus nrīs per pñiam z eiſde₃ ab intentione nrā ſeparatis:ſeminare debem⁹ ꝟtutes in mēte z aīa noſtra:qm̄ ꝟtutes ſunt velut ſcutum z defenſio aduerſus peccata.Et ſunt ipſe ꝟtutes lumē anime vt cognoſcat qm̄ malū eſt peccatū:ne in eū poſtq̄ illud ďrelinquerimus ad id redeam⁹.inanis ē eni₃ penitentia quam ſequēs culpa coinquinat:z vulnus iteratū ſanatur tardi⁹. Et frequēter peccās z linquens vix venia merebitur.z quid proſunt lamenta ſi replicātur peccata.nihil valet venia₃ a malis poſcere.z mala denuo iterare.vita₃ ergo bona₃ accepiſti tenere:nō deſinas. propoſitu₃ bone vite ꝯſerua iugiter de pe.di.iij.c.inanis. Con.[inſere ſemen que ſunt tibi ſcutū].i.defēſio pctōꝝ.hoc dico[criminib⁹:lotis q:]pro et[remotis de mente tua:nec]pro vt z nō:vt nō[recidiues].i.iterū cadas[in peccatū quātu₃ viues:q₃]pro et vt ipſe virtutes[ſint lumen tibi:quo][lumine[poſſis cernere numen].i.deum.

# De trib9 virtutib9 theologicis et quattuoꝛ cardinalibus.

Septem virtutes habeas: aduerſa refutes
Eſto fide firmus: ſpe: rectus: amoꝛe ligat9
Prudens ⁊ iuſtus: animo foꝛtis: moderat9

Hec eſt pꝛima pars ſpecialis hui9 capituli: in qua tractat actoꝛ de tribus virtutibus theologicis: ⁊ de quatuoꝛ cardinalib9 dicēs ꝙ habere tenemur ſeptem virtutes: ⁊ fugere debemus earum contraria vicia. Theologales autem virtutes ſunt hec. ſ. fides firma: ſpes recta: ⁊ charitas oꝛdinata. Cardinales ſūt pꝛudentia: iuſticia: foꝛtitudo: et temperantia. de tribus pꝛimis virtutibus theolo. vide magiſtrum ſententiarum in tertio circa finem: ⁊ per totum ibidem ſatis ample habetur. de virtutibus quas ſpirit9 ſanctus dat vide apſm ad epheſeos. v. ibi fructus autem ſpiritus eſt charitas: gaudium: pax: pacientia: benignitas: bonitas: longanimitas: māſuetudo: fides: modeſtia: continentia: caſtitas. de alijs vero quatuoꝛ ſeneca libro de virtutibus Ariſtotelis li. etht. et catho li. ſuo. bonoꝛuꝫ moꝛum refoꝛmatiuo. Conſtrue [ Habeas ſeptem virtutes. refutes aduerſa ] .i. cōtraria illis [ eſto ] .i. ſis [ firmus fide ] eſto [ rectus ſpe ] eſto [ ligatus amoꝛe ] id eſt charitate. eſto [ pꝛudens et iuſtus ] eſto [ foꝛtis animo ] eſto [ moderatus ] ſeu modeſt9 ⁊ tēperat9

# De donis ſpiritus ſancti in generali.

Donis impleri pꝛo cura pneumatis almi
Eſto timens pius atꝗ ſciēs factis bñ ꝯſul
Hinc intellectus ſapientia dona dei ſunt.

Hec eſt ſecunda huius capi. pars: in qua tractat actoꝛ de donis ſpirit9 ſancti in generali dicens ꝙ debemus multum laboꝛare pꝛo donis ſpirit9 ſancti habendis. Pꝛimum eſt donum timoꝛis. Secundum donum ſciencie. Tertium donum conſilij. Quartum donum intellectus. Quintum donum ſapientie. Sextum donum pietatis. Septimum donum foꝛtitudinis. de his Eſaye. xj. ⁊ gregoꝛius. xix. omelia ſuper ezechielem. Conſtrue [ pꝛocura impleri donis pneumatis almi ] .i. ſancti ſpiritus [ eſto ] .i. ſis [ timens ] deum ſup. [ pius id eſt miſericoꝛs pauperibus [ atqꝫ ] pꝛo ⁊ [ eſto ſciens ] ⁊ eſto [ bene

conſul ]factis tuis[ intellectus ]⁊[ ſapientia ſunt hinc dona dei.

## Octo beatitudines.

Sis bene dotatus: vt ſis in fine beatus
Sis pauꝑ: mitis: flēs: ſitiens ius miſeratoꝛ
Mūdus: pacificus: ſic vult mūdi creatoꝛ
Per ſeptē merita dātur tot premia magna
Pauꝑ eniꝫ regnat: mitis poſſeſſoꝛ habūdat
Flēs cōſolatur: ſitiens iuſtū ſatiatur
Fit pietaſqꝫ pijs dominū mūduſqꝫ videbit
Eſt quoqꝫ pacificus domini ꝓles ⁊ amicus

Hec eſt tertia huius capituli pars: in qua tractat actoꝛ de octo beatitudinibus dicens: ꝙ debemus nos hic oꝛnare virtutibus per quas ad beatitudinem celeſtem peruenire poſſimus. octo eniꝫ ſūt beatitudines preſentis vite per quas peruenire poſſumus ad beatitudinem celeſtis gloꝛie. Prima eſt paupertas. Secūda eſt mititas ſeu humilitas. Tertia eſt fletus ⁊ luctus. Quarta eſt deſiderium iuſticie. Quinta eſt miſericoꝛdia pauperum. Sexta eſt coꝛdis mundicia. Septima eſt pacientia. Octaua eſt ſuſtinentia perſecutionis propter iuſticie veritatem. Nonam beatitudinem inſuper addidit xps mathei. v. dicens. Beati eſtis cuꝫ maledicerint vobis homines ⁊ perſecuti vos fuerint ⁊ dixerint omne malum aduerſus vos mēcientes propter me. Per meritum enim harum virtutum conferūtur maxima pꝛemia. nam pauper abundabit diuicijs. Mitis vero poſſidebit terram celeſtem. Lugens conſolabitur. Iuſticiam deſiderans ⁊ ſitiens ſaturabitur. Miſericoꝛs miſericoꝛdiam dei conſequetur. Mundus coꝛde deum videbit. Pacificus autem filius dei vocabitur. Et qui perſecutionem patitur propter iuſticiam regnū celoꝛum conſequetur. Et de his omnibus vide capitulum quintū in euangelio mathei. Conſtrue [ Sis dotatus ] . i . oꝛnatus [ bene: vt ſis beatus in fine. Sis pauper mitis ] ſeu [ benignus: flens: ſitiens ius ] . i . iuſtus | miſeratoꝛ: mundus: pacificus. Creatoꝛ mundi vult ſic. Tot pꝛemia magna dantur per ſeptem merita. Quoniam pꝛo q: quia [ pauper regnat. mitis abundat. flens | conſolatur. ſitiens iuſtum ſaciatur: qꝫ ] pꝛo et [ pietas fit pijs ] ⁊ [ mundus videbit

dominum:quoqꝫ].i.certe[ pacificus eſt proles].i.filius[ domini et amicus.

## De fide ꝛ circa que cõſiſtit.

Uera fides credit que nõ vidꝫ his ꝛ obedit
De qua pſcripſi:cur hic non plꝰ tibi ſcripſi.

Criſtus enim in ſua natiuitate pacem mundo contulit ꝛ ſua morte pacem reparauit: ſua reſurrectione pacē induxit. ꝛ in ſuo teſtamē to diſcipulis pacem reliquit dicens. Pacem meam do vobis. Triplicem autem pacem habere tenemur. ſ. cū criſto: cum fratre proximo: ꝛ cum nobis ipſis in conſcientia. Prudenter autem debemus hoſtes noſtros nobis pacificare: feda ꝛ iniqua relinquentes. Uita enim pacifica iocunda eſt ꝛ quieta. tollit rancores ꝛ auget ꝛ nutrit homines. Nota ꝙ ſꝫ compendium theologie pax eſt ſtatus virtutis in quo eſt delectatio in deo ſine contradictione carnis mundi ꝛ dyaboli: ideo pacifici quantuꝫ ad opera interiora deo magis approximant ꝙ miſericordes: ideo filij dei vocantur. Coſtrue[ Eſto id eſt ſis[ pacificus et eſto ſemper amicus pacis. teneris habere pacem tenacem cum cunctis. chriſtus dixit ſermone. pacificus ]eſt ſup.[ beatus. criſtus naſcens portauit pacem ꝛ reliquit eam teſtando. Conſerua triplicem pacem ]ſcilicet[ criſto: fratri ]ꝛ tibi[ pacifica hoſtes: ꝛ pacifica prudenter feda ꝛ iniqua. Pax confert ].i. dat[ vitam letam: qꝫ ]pro et[ mentem quietam. Pax ſedat ]id eſt pacificat rancores: fouet ꝛ augmentat homines.

## De patientia.

Uir paciens eſto nunꝙ̄ ſis corde moleſto
Nemo ſui dn̄s fertur patiens niſi verus
Seruat prudēter animam viuēs patienter
Nam flores cūctorū fertur ſapiētia moruꝫ
Fer mala cū pauſa: nemo patit̄ ſine cauſa
Quāuis hic multa patiatur hō ſine culpa
Hic homo torquet̄ vt ſic patiendo probet̄
Ut mēs purgetur vt premia plura lucretur
Ne ſublimetur vt criſto gloria detur
Ut preſeruetur ne perpetuo crucietur
Ut mala prudēter tua portes et patienter
Inſpice maiores aliorum ſepe dolores.

Hec eſt viceſima ſeptima huius capituli pars: in qua tractat autor de patientia dicens ꝙ nullꝰ eſt verus ſui dominus niſi patiens ſit ergo quilibet noſtrum patiens nullas moleſtias inferens. quoniam qui patienter viuit prudenter vitam conſeruat. Nam patiencia eſt flos omnium virtutū. Igitur pacienter ſuſtinere debemus mala que nos hic premunt: attendentes ꝙ nihil patimur ſine cauſa: licet aliquando bene patiatur aliquis ſine culpa. Nam torquetur aliquando homo vt probetur a xp̄o per patientiam. aliquando vero vt mens ⁊ cogitatio eius purgetur. Quandoqȝ etiam vt plus mereatur per virtutem patientie. Item vt non ſuperbiat: ſed dei gloriam querat: et vt preſeruetur a pena eterna. Prudenter gº ſuſtinere debemus tribulationes noſtras et patienter aſpiciendo proximorum noſtrorum maiores tribulationes. Nota ꝙ patiencia eſt virtus equanimiter portans contumelias et aduerſitates: de qua xp̄us luce tertio. In pacientia veſtra poſſidebitis animas veſtras. Conſtrue ⌊Eſto⌋ id eſt ſis ⌊vir patiens: nunꝗ⌋ pro non et vnꝗ ⌊nō ſis vnꝗ corde moleſto. nemo fertur⌋ .i. dicitur ⌊verus dominus ſui niſi patiens⌋ Uir ſupple ⌊viuens patienter ſeruat prudenter animam: nam⌋ pro quia: quia patientia fertur id eſt dicitur ⌊flos cunctorum morum. fert⌋ id eſt ſuſtinet ⌊mala cuȝ pauſa: quāuis⌋ id eſt licet: licet ⌊homo patiatur hic multa ſine culpa. homo torquetur hic vt probetur patiendo ſic: vt mens purgetur: et vt lucretur plurima premia: ne⌋ pro vt et non. vt non ⌊ſublimetur⌋ .i. non ſuperbiat ⌊vt gloria detur criſto vt preſeruetur: ne⌋ pro vt et non: vt non ⌊crucietur perpetuo. inſpice ſepe dolores aliorum maiores vt portes prudenter ⁊ pacienter tua mala.

## De obedientia.

Debet obedire dn̄o quicunqȝ ſubire
Uult regnum celi parendo corde fideli
Qui non parebit celeſti ſede carebit
Qui bene parebit paradiſi munus habebit
Ut nequeas ledi maiori ſemper obedi
Ni tibi conſtaret ꝙ nō licitum oneraret
Non eſt illicitum iuſſum maioris agendum

Eſt ſemper domino parendũ cũcta regenti
Pluſꝙ̄ prelato iuſtum non precipienti

Hec eſt.xxviij.huius capituli pars:in qua tractat autor de obedientia dicens.Qui vult intrare regnum celeſte debet obedire deo primo:⁊ mandata eius tenere:quoniam qui non obedierit deo dãnabitur perpetuo:⁊ carebit celeſti regno.Obediendum eſt inſuper maioribus ⁊ ſuperioribus noſtris taꝫ prelatis eccleſiaſticis ꝙ̄ principibus ſecularibus.Intelligenduꝫ tamen eſt de rebus licitis que non contradicunt legi diuine. Subditus eniꝫ non tenetur obedire ſuperiori in rebus illicitis que contrariantur legi diuine:quoniaꝫ deo magis ꝙ̄ hominibus obediendum eſt:quoniam omnia creata velint nolint ſunt in potentia obedientiali creatori vt dicit ſcotus in quarto ſententiaꝝ.Si ergo omnis creatura obedit deo creatori ſuo:ad hoc multo magis homo tenetur cum ſit perfectior.Dicitur enim baruch.iij.Stelle vocate ſunt:⁊ dixerunt aſſumus. Unde nota ꝙ obedientia eſt ſpontaneum ⁊ rationabile proprie voluntatis ſacrificium propter dei cultum. Conſtrue[Quicunqꝫ vult ſubire id eſt intrare regnum celi debet obedire domino parendo corde fideli]ille ſup[qui non parebit]id eſt obediet[ carebit ſede celeſti] ille ſupple[qui parebit bene habebit munus paradiſi.Obedi ſemper maiori vt nequeas ledi:ni]pro niſi:niſi[conſtaret]id eſt claruꝫ eſſet[tibi ꝙ oneraret].i.preciperet[non licitum.iuſſum]id eſt preceptum[maioris illicitum non eſt agendum.parendum eſt ſemper domino regenti cuncta pluſꝙ̄ prelato non precipienti iuſtum.

## De contemplatione ⁊ vita actiua.

Contemplare bona celi poſcens tibi dona
Jugiter eterna confecti ſede ſuperna
Ut ſic terrena ſpernas pro luce ſerena
Dicitur actiua bona vita bonum faciẽdo
Cõtemplatiua melior eſt celſa petendo
Martha bonã partẽ ſũpſit dño famulãdo
Magdalena tamẽ meliorẽ fert ſpeculãdo

Cur ſpeculatiuus ſis in dn̄o bene viuus
Sancta gerēs opera ſic ſumes gaudia vera

Hec eſt viceſimanona huius capituli pars: in qua tractat autor de duplici vita ſcilicet contemplatiua ⁊ actiua dicens Que vita contemplatiua eſt cōſiderare bona celeſtia et ea ſibi deſiderare in patria celeſti que eſt perpetua ⁊ eterna: ita ꝙ pro luce ſerena acquirenda omnia terrena veniunt ſpernenda ⁊ tandē deſerenda. Actiua vero vita eſt bene agere in omnibus operibus terrenis ⁊ mundanis iuſte ⁊ ſancte. Hec autem due vite figurantur nobis a domino luce primo. ſcilicet per mariam magdalenam que ſignificat vitam contemplatiuam: quia ſemper ſpeculabatur altiſſima dei opera: ⁊ ideo dicitur de ea ꝙ meliorem partem elegit que non auferetur ab ea. Per martham vero ſignificatur nobis vita actiua: quoniam ipſa ſeruiebat domino miniſtrando corpori neceſſaria. Quicunqꝫ igitur erit viuax in deo contemplatiuus cū opere bono hic merebitur gaudia ſempiterna. De his duobus modis viuendi ⁊ figura eorum ⁊ quis ipſorum melior ſit ſatis habetur in .c. niſi cum pridem. de renunciatione in antiquis. Conſtrue [Tu poſcens] id eſt querens [bona tibi contemplare] id eſt conſidera [bona celi conferri iugiter ſede ſuperna] id eſt eterna [vt ſpernas ſic terrena pro luce ſerena. Actiua vita dicitur bona faciendo bonum. contēplatiua eſt melior petendo celſa] id eſt alta [Martha] id eſt illa femina [ſumpſit partem bonam famulando] id eſt ſeruiendo [domino: tamen magdalena. fert meliorem partem ſpeculando] id eſt cōtemplādo [celeſtia. cur] id eſt quare [ſis ſpeculatiuus. viuis bene in domino gerens ſancta opera ſumes ſic gaudia vera.

## De oratione.

Sedulus exora dn̄m reuerenter adora
Ut ſibi te gratum faciat nūc poſtꝙ beatum
Sepe deū placat oratio: cor bene mundat
Hoſtes exuberat celos penetrādo ſubitrat
Criſto preſentat que poſcens ſedulꝰ optat
Auxiliū preſtat his quos tribulatio vexat

Nos deus orare iuſſit ſimul ꝛ vigilare
Diſcipulis formã dans orandi ꝙ normã
Que breuis ē digna tenet i ſe cũcta petēda

Hec eſt triceſima huius capituli pars: in qua tractat autor de oratione dicens ꝙ attente debemus deuꝫ orare ꝛ reuerenter adorare quatenus nos hic gratos faciat: ꝛ poſtea beatos in celis efficiat Oratio enim multa facit bona: quia deum ſepe pacificat: qđ patet de moyſe orante pro populo iſrael: ne dominus eum diſperderet: vt exodi. xvij. Item oratio purgat cor orantis: hoſtes vincit: celos intrat: deo preſentat ea que orans deſiderat: ꝛ magnum auxilium dat his qui ſuſtinent tribulationem. Quare deꝰ precepit nos orare: ꝛ in oratione vigilare: dans nobis modum orandi: ꝛ orationem ipſam conſtituens que breuis eſt et digniſſima in ſe continēs que nobis petenda ſunt vt mathei ſexto dicit. ſic orabitis. Pater noſter ꝛc. Oratio autem eſt eleuatio mentis in deum mirabilia dei enarrando: ꝛ defectus ſeu tribulationes noſtras inſinuando. beatus Thomas in quarto di. v. dicit ꝙ oratio eſt pius mentis affectꝰ in deum tendens: et plerumqꝫ ne pigritetur in vocem prorumpēs Quecũqꝫ queri poſſunt de oratione traduntur in clementina vnica de reliquijs ꝛ veneratione ſanctorum in gloſa vide ibi. Conſtrue [Tu ſedulus] .i. attentus [exora dominum ꝛ adora reuerenter vt faciat nunc te gratum ſibi: qꝫ] pro et [beatum poſt] in paradiſo ſupple. [Oratio placat ſepe deum] oratio [mundat bene cor. exuperat] id eſt vincitur [hoſtes: et ſubintrat celos penetrando] oratio [preſentat xp̄o] ea [que ſedulus poſcens id eſt orans [optat oratio [preſtat id dat [auxilium his quos tribulatio vexat. deus iuſſit nos orare ꝛ vigilare ſimul dans formam diſcipulis orandi: quoqꝫ pro et [normam. Que forma orandi [eſt breuis ꝛ digna: ꝛ tenet. i. continet [in ſe cuncta petenda.

## Septeꝫ petitiones orationis dominice.

O pater in celis regnans te poſco fidelis
Nomē primo tuũ ſit ſemper magnificatum
Adueniat regnum tuuꝫ celeſte benedictum
Velle tuũ terris per nos fiat vt in altis

Da panem noſtrū nunc nobis quotidianū
Et parcas nobis mala ſicut nos inimicis
Et ſi tentemur non permittas ſuperemur
Sed nos a cūctis malis defende ⁊ iniquis.

Hec eſt triceſima prima huius capituli pars: in qua tractat au tor de ſeptem petitionibus orationis dominice dicens. Ego tenēs fidem poſco te patrem meum in celis regnantem: hec eſt prima particula huius dominice orationis. Secunda eſt. Nomen tuū ſit ſemper ⁊ primo magnificatum. Tertia eſt. Adueniat id eſt detur mihi regnum tuum celeſte benedictum. Quarta eſt tuum velle per nos xpianos fiat in terris ſicut in celis. Quinta eſt. Da nobis panem noſtrum quotidianum. Sexta eſt. Parce nobis mala que fecimus: ſicut nos indulgemus malefactoribus noſtris. Septima ⁊ vltima eſt. Si temptemur a noſtris hoſtibus defende nos vt nō vincamur ab eis. In hac enim oratione digniſſima quā deus pro nobis ⁊ noſtra vtilitate dignatus eſt facere: ſeptem ſunt petitiones que correſpondent ſeptem donis ſpirit⁹ ſancti. Conſtrue [ O pater regnās in celis. ego fidelis poſco ] .i. oro [ te nomen tuum ſit primo magnificatum ſemper. Tuum regnum celeſte benedictum adueniat ] igit mihi ſupple [ Tuum velle fiat per nos in terris: vt ] .i. ſicut: ſicut [ ſit in altis ] .i. in celis. O pater [ da nunc ] id eſt hodie [ panem noſtrum quotidianum nobis: ⁊ parcas ] nobis mala que cōmiſimus [ ſicut nos ] pepercimus [ inimicis ] noſtris [ Et nō permittas ] ꝙ [ ſuperemur ſi temptemur: ſed defende nos a cunctis malis iniquis.

## De conditionib⁹ orationis.

Sit deuota gemens oratio ſit pia feruens
Pura ſit aſſidua diſcreta ſit ac operoſa
Juſta ſit ac humilis attenta ſit atqꝫ fidelis

Hec eſt triceſima ſecunda hui⁹ capituli pars: in qua tractat autor de conditionibus orationis dicens: ꝙ oratio debet eſſe deuota cum lachrymis feruens ⁊ pia: pura ſine peccato: continua: diſcreta: laborioſa cum aliis operibus bonis: iuſta: humilis: attenta et fidelis: ⁊ inter cetera debet eſſe breuis vt dicit xps. Nolite orantes multum loqui. parua enim oratio cum deuotione melior eſt ꝙ longa ſine deuotione de conſe. di. v. c. Non mediocriter. Conſtrue.

[Oratio ſit deuota gemens. ſit pia ⁊ feruens]oratio[ſit pura: aſſidua].i.continua[diſcreta: ac]pro ⁊[operoſa]oratio[ſit iuſta ⁊ humilis attenta: atq;]pro et[fidelis.

## De ieiunio ⁊ qñ debꝫ fieri: ⁊ de pcepto.

Abſtineas ſeruans ieiunia nulla relaxans
Que iubet eccleſia ſeruari ſcilicet iſta
Vult criſtus natus: aſcenſio: ſpiritꝰ almus
Sumpta dei genitrix ieiunando venerari
Ante diem feſti necnon ⁊ apoſtolus omnis
Exceptis iacobo: philippo: ſicq; iohanne
Cū quadrageſima iungant̄ tēpora quarta
Et que pontifices in ſede ſua ſtatuerunt

Hec eſt triceſimatercia huius capituli pars: in qua tractat autor de ieiunio oſtendens quando debeamus ieiunare ex precepto eccleſie. Dicit igitur ꝙ ieiunia hic poſita ſunt de precepto eccleſie quare ſine relaxatione ab omnibus obſeruari debent. primum eſt ieiunium natiuitatis dominice. ſecundum aſcenſionis domini. tertium penthecoſtes. quartum aſſumptionis beate marie virginis. quintum eſt omnium apoſtolorum: exceptis tribus. ſ. iacobo: philippo ⁊ iohanne. ſextum eſt quadrageſime. ſeptimum eſt quatuor temporum. octauum eſt ieiunium romanorum pontificum nouiter introductum ſi qđ fuerit. poſſunt enim romani pontifices conſtituere ſub pena culpe mortalis tenentur ſubditi obedire vt in. c. ſi quis. de maioritate ⁊ obedientia. de temporibus ⁊ ieiuniorum ⁊ ſolennitatibus ieiuniumꝰ habentibus vide plene in. c. ij. de obſeruatione ieiuniorum. Conſtrue[tu ſeruans ieiunia: nulla] pro non ⁊ vlla: non[relaxans vlla]ieiunia[que eccleſia iubet ſeruari. abſtineas]id eſt abſtinentiam ſerues: ſcilicet iſta que ſequuntur[natus criſtus]id eſt natiuitas criſti[aſcenſio]criſti[ſpiritus almus] id eſt ſanctus ſcilicet penthecoſtes[ſumpta]id eſt aſſumptio[vult id eſt volunt[venerari ieiunando: ante diem feſtum] ſcilicet in vigilia[necnon]id eſt etiā[omnis apoſtolus: iacobo: philippo: q;] pro ⁊[iohanne exceptis ſic. Quarta tempora iungantur cum qua-

drageſima]ꝛ ieiunia ſup.[que pontifices] ſcꝫ romani[ ſtatuerunt in ſua ſede].i.in ſua dignitate[ volunt venerari ieiunando.

## Quomodo debet fieri ieiuninium et de conſequẽtibus ad ipſum.

Cum ieiunabis hoꝛam non anticipabis
Crimina vitabis: epulis te non onerabis
Pauperibꝰ dabis dñm laudando rogabis
Carnem caſtigant ieiunia: crimina vitant
Ac mentẽ releuant faciunt dño qꝫ placentẽ
Donant virtutes ꝛ premia dantqꝫ ſalutes

Hec eſt triceſima quarta huius capituli pars. in qua tractat autoꝛ quomodo debet fieri ieiunium: et etiam de conſequentibus ad ipſum dicens ꝙ is qui ieiunat non debet anticipare hoꝛam: ſcilicet meridianam nec debet nimiuꝫ comedere: ſed pauperibus aliquid donare. oꝛationi vacare carnem caſtigando. crimina vitare. ieiunium enim deuotum eleuat mentem in deum: ꝛ facit eam deo placẽtem: ꝛ acquirit virtutes ꝛ pꝛemia eterna. Nota ꝙ ſicut hoꝛa non eſt anticipanda in ieiunio: ita nec differenda maxime vſqꝫ ſero: ſicut fit a quibuſdam in vigilia natiuitatis domini: quoniam talis videtur ritus paganoꝛum. notatur de conſecratione diſtinctione quinta. Sint tibi. Conſtrue[ non anticipabis ]id eſt ante capies hoꝛam ]ſolitam oꝛdinatam ſupple[ cum ieiunabis vitabis ] id eſt fugies [ crimina. Non onerabis te epulis: qꝫ ]pꝛo et[ dabis pauperibus. rogabis dominum laudando eum. ieiunia caſtigant carnem: vitant ]id vitare faciunt[ crimina: ac ] pꝛo et[ releuant mentem: qꝫ ]pꝛo et[ faciunt ] mentem[ placentem domino ] ieiunia[ donant virtutes: ꝛ dant pꝛemia: qꝫ ]pꝛo et[ ſalutes ]eternas.

## De verecundia.

Eſto verecundus ſi vis foꝛe crimine mũdꝰ
Erubeas fari res turpes ac operari
Cuſtos virtutuꝫ pudoꝛ eſt ꝯtra mala ſcutũ

Uirtutū florem perdis perdendo ruborem
Nō tamen erubeas tātū ꝙ cōmoda linquas
Que debent fieri ſeu crimina cuncta fateri
Nam rubor hic ſtultꝰ eſt crimē nō bōa vtꝰ
Sepe rubor generat ſcabiem qr neſciꝰ extat

Hec eſt triceſimaquinta huius capituli pars: in qua tractat autor de verecundia dicens ꝙ duplex eſt verecundia. quedam eſt que conſeruat virtutes. alia eſt que celat crimina: ⁊ talis dicitur ſtulticia. Qui vult ergo eſſe mundus ab omni crimine debet habere verecundiam dicendi ⁊ faciendi ea que ſunt turpia et inhoneſta. verecundia enim eſt cuſtos virtutum: ⁊ ſcutum omnium malorum. Qui ergo eam amittit florem omnium virtutū perdit. propter etiā nimiam verecundiam non ſunt vtilia relinquenda maxime ea que ſunt licita. Non enim debet quis tantuȝ erubeſcere in confeſſione ꝙ non audeat peccata confiteri. Nam talis verecundia diceretur magna ſtulticia: ⁊ crimen apud deum reputaretur: ⁊ inde ſequerētur multa mala. Nota ꝙ verecundia eſt bone ſpei nuncia: bone indolis: index ſimplicitatis: columbine ſignum teſtis innocentie: lāpas pudicicie: gloria conſciencie: cuſtos fame et vite. Conſtrue [ Eſto ] .i. ſis [ verecundus ſi vis fore eſſe mundus crimine. Erubeas ] .i. verecunderis [ fari ] .i. loqui [ res turpes: ac ] pro et [ operari. pudor eſt cuſtos virtutum. Pudor eſt ſcutum ] .i. defenſio [ contra mala ] .i. peccata [ perdis florem iuſtum perdendo ruborem ] .i. verecundiam [ Tamē non erubeas ] .i. nō verecunderis [ tantū ꝙ linquas commoda ] .i. vtilia [ que debent fieri: ſeu ] pro vel: vel ꝙ [ linquas fateri ] .i. confiteri [ cuncta crimina. Nam ] pro quia: quia [ hic rubor ſtultus eſt crimen. non ] eſt [ virtus bona. rubor generat ſepe ſcabiem: quia extat neſcius ] .i. ignorans.

## De veritate.

Sis verax opere: ſis corde verus ⁊ ore
Uerax laudatur: ſed mendax vituperatur
Uerus doctrina ſis iuſticia quoqꝫ vita
Hec ſēp teneas nec propter ſcādala linq̄s
Nunq̄ mentiri debes nec falſa tueri

Ut mala vitentur aliquãdo vera tacentur
Sed cũ iurabis quod quãta q̄ ſcis reſerab̄
Verũ non celes vnq̄ vel falſa reueles.

Hec eſt viceſima ſexta huius capituli pars: in qua tractat autoꝛ de veritate dicens ꝙ triplex eſt veritas. ſ. oꝛis coꝛdis ⁊ operis. hõ verax ſemper eſt laudandus: ⁊ homo mendax ſemper eſt vituperã dus. Et ē alia duplex veritas videlicet doctrine vite ⁊ iuſticie: que ſemper intemerate obſeruanda eſt. Nũq̄ enim eſt mentiendum nec falſum eſt ſuſtinendum. Aliquando tamen poteſt veritas ſine do lo ſubticeri vt euitetur aliquod grande maluʒ ſine tamen iuramē to: quoniaʒ iniureiurando debet intereſſe veritas: nec debet occul tari aut falſum reuelari. Notandum tamen ꝙ veritas pꝛopꝛie vite nũq̄ eſt relinquenda: quãuis veritas iuſticie ⁊ etiaʒ doctrine omit tantur: maxime vbi ſcandalum imminet aut multitudo delinquē tium vt dicitur in. c. niſi cum pꝛidem. de renunciatione in antiquis

Conſtrue [Sis verax]. i. verus [opere]. i. facto [ſis verus coꝛde ⁊ oꝛe]. i. ſermone. homo verax laudatur: ſed mendax vituperatur. ſis verus doctrina: iuſticia: quoqʒ [pꝛo et] vita. teneas ſemꝑ hec: nec [pꝛo et ⁊ non: ⁊ nõ] linquas pꝛopter ſcandala. Nũq̄ debes mē tiri nec tueri]. i. defendere [falſa vera tacentur aliquando vt ma la vitentur: ſed reſerabis quãtaqʒ ſcis. cuʒ iurabis non celes vnq̄ verum: nec reueles falſa.

## De modeſtia.

Non ſis infeſtus in cũctis eſto modeſtus
Optima res mod⁹ ē nã ſemꝑ ad oĩa ꝓdeſt
Noli laxare linguã quoniam reuocare
Nõ poteris verbũ quod dicis foꝛſã acerbũ
Corã quo dicas quid quõ q̃n requiras
Dicas dicenda docte ſileas reticenda
Modice reſpõde pulchre taceas ve recede
Ut ſic placetur q̃n te maioꝛ habetur
Cũ de maioꝛe loqueris ſis cautus in oꝛe

**Vtere ſermone moderato cum ratione**
**Qui ſpuit ad celuz ſputum fedat ſibi vultũ**

Hec eſt triceſima ſeptima hui⁹ capituli pars:in qua tractat autor de modeſtia dicens ꝙ modus ſeu rerum modeſtia que ſemper in omnibus prodeſt: honeſtiſſima atqȝ optima res eſt. Quicunqȝ igitur vult honeſte viuere:debet modeſtus eſſe non immoderatus Per modeſtiam enim lingua refrenatur qḋ laudabile eſt:quia verbum ſemel prolatum nunꝗ poteſt reuocari. Quare enim quis loquitur:attendere debet coram quibus loquitur: quid loquitur: quomodo et quando. Inſuper prudenter aduertat que dicenda ſunt et que tacenda.nam reſpondere debemus modeſte pulchre et honeſte vel omnino tacere debemus:maxime quando maioribus noſtris loquimur. Videamus ne prouocemur ad iram:ſed prouocatos pacificemus. Nam qui de maiore ſuo loquitur moderato ſermone vtatur. Plerumqȝ enim contingit ꝙ qui de alio male loquitur in eo diffamatur:quia forte peior eſt illo aut ei ſimilis: veluti contingit in eo qui ad celum ſpuit:quoniam ſeipſum ſputo aſpergit: ⁊ proprio facto maculatur.ſic cõtingit ei qui imoderate loquitur. Et nota ꝙ modeſtia ſȝ⁹ tullium primo rethoricorum eſt ꝑ quaȝ pudor honeſtatis puram et ſtabilem comparat autoritatem. pudor autem eſt timor turpitudinis ⁊ fuga rei indecentis. Conſtrue[ Non ſis infeſtus ] id eſt moleſtus ſiue inquietus[ eſto modeſtus ]id eſt moderatus[ in cunctis modus eſt optima res.nam ] pro quia:quia[ prodeſt ſemper ad omnia.noli laxare linguaȝ:quoniam ]pro quia:quia [ non poteris reuocare verbum quod dicis forſan acerbum ]id eſt malum[ requiras coraȝ quo tu dicas:quid dicas. quomodo dicas. et quando dicas. dicas dicenda. ſileas docte reticenda ] id eſt tacenda[ reſponde modice ] id eſt modeſte [ taceas pulchre:ve ]pro vel:vel[ recede: vt quando ]quis[ habetur maior te placetur ſic. Sis cautus in ore cum loqueris de maiore. vtere ſermone moderato cum ratione.ille qui ſpuit ad celum ſputum ]id eſt ſaliua oris[ fedat ]id eſt maculat[ ſibi vultum.

## De legalitate.

**Si vis in celis fore gaudẽs eſto fidelis**
**Cũctis prefertur vir qui legalis habetur**

Legalis domino ſis ſemper ipſum amādo
Et diſpēſando domini bona multiplicādo
Ac ſibi parendo necnon ipſum reuerendo
Legali probior non eſt nec nomine maior
Tanq̄ perfectus ſtat legalis bene rectus
Non vult fraudare queq̄ nec damnificare

Hec eſt triceſimaoctaua huius capituli pars: in qua tractat autor de legalitate dicēs ꝙ legalitas eſt virtus que alijs preponitur in fidelitate ſeruanda: q̄ virtutem oportet nos habere ſi velimus in celis cum xp̄o gaudere. Legales autem tunc domino ſumus cum eum amantes dona que nobis contulit alijs diſpenſando multiplicamur ei ſemper obediendo: et eum vt tenemur venerando. Nullus enim melior eſt aut maior viro legali: qui ſemper perfectus ꝛ rectus manens nulli fraudem aut damnum facit. Nota ꝙ legalitas eſt fidelitatem et vnitatem tam factis q̄ verbis ſemper obſeruare: de qua apocalipſis ſecundo. Eſto fidelis vſq; ad mortem: et dabo tibi coronam vite. Conſtrue [ Eſto fidelis ſi vis fore ]id eſt eſſe[ gaudens in celis. vir qui habetur legalis prefertur cunctis. Sis legalis domino amando ſemper ipſum et diſpenſando ]id eſt diſtribuendo[ bona domini: et multiplicando ] id eſt augendo: ac ]pro et[ parando ſibi: necnon ]id eſt etiam[ reuerendo ipſum ]aliquis ſupple[ non eſt probior ]id eſt melior[ legali nomine: nec ]pro et ꝛ non: et non[ eſt maior legali nomine. legalis ſtat bene rectus. tanq̄ perfectus non vult fraudare quemq̄: nec damnificare.

## De ingratitudine.

Non ſis ingratus domino ſi vis fore gratꝰ
Redde vices dāti plꝰ qui dat cūcta tonāti
Sumēs donatum debes te reddere gratu;
Grates reddendo verbis factis recolendo
Dicitur ingratꝰ benefactori malegratus
Obliuiſcendo non reddendo ve nocendo.

Hec eſt.xxxix.huius capituli pars.in qua tractat autor de ingratitudine dicēs ꝙ cauere debemus ſūmopere ne ingrati ſimus deo ⁊ benefactoribus noſtris:deo primo qui cuncta nobis tribuit bona.Cum igitur dona eius recipimus:gracias illi agere debemus. verbis ſcꝫ ⁊ factis. ſimiliter etiam et hominibus a quibus aliqua bona recipimus graciarum actiones referre debemus. Jlle enim ingratus eſt qui benefactorum obliuiſcitur:⁊ qui non retribuit cū poteſt:vel qui nocet benefactori ſuo verbo vel facto cui deberet obſequium preſtare. Unde ſꝫᵒ beatum bernardum. Jngratitudo eſt ventus vrens ⁊ ſiccans ſibi fonteꝫ pietatis:rorem miſericordie ⁊ fluenta gracie:beneficiorum obliuio:contra ꝙ ingratitudinem dicitur thobie quarto.Omni tempore benedic dominum:quia im memorem beneficij omnes oderunt vt dicit tullius. Conſtrue [Non ſis ingratus domino ſi vis fore[.i.eſſe[gratus.redde vices danti plus:⁊ tonanti].i.deo[qui dat cuncta] Tu ſupple[ſumēs donatum debes reddere te gratum:reddendo grates verbis ⁊ recolendo factis.ille qui eſt male gratus benefactori dicitur ingratus obliuiſcendo non reddendo:ve[pro vel[nocendo.

## De ſolutione debitorum.

Debita ſolue cito ne damnum detur amico
Si cito nō ſoluis te ſponte crimine voluis
Soluere ſi tardas fieri tibi grata r̄tardas.

Hec eſt quadrageſima huius capituli pars:in qua tractat autor de ſolutione debitorum dicens ꝙ qui alteri aliquid debet:tenetur quācicius poteſt ſatiſfacere:ne in defectuꝫ ſolutionis patiatur diſpendium.Qui enim diu tenet alienum debitum cuꝫ poſſit ſoluere peccat ⁊ meretur ne quis illi amplius graciaꝫ faciat mutuando hoc alias:de quo dicitur leuitici.xix. Non morabitur opus mercē narij tui apud te vſqꝫ mane. Conſtrue[Solue,cito debita:ne[pro vt ⁊ non:vt[non detur damnum amico.tu voluis[.id eſt inuoluis te crimine ſponte:ſi nō ſoluis cito.retardas grata tibi fieri:ſi tardas ſoluere debita.

## De diſcretione.

Uirtutū nutrix diſcretio dicitur eſſe
Jnſuper eſt tutrix quare non debet abeſſe
Eſto diſcretus rerum moderamine fretus

Nõ bene diſcernes niſi te ratiõe gubernes
Dia diſcerne que ſunt bõa vel mala cerne
Elige que bõa ſũt:ſꝫ reſpue q̃ nimis obſũt
Sis circunſpectus vt nũq̃ ſis male rectus
Et ſint directa ꝑ te que ſunt male recta.

Hec eſt quadrageſimaprima hui⁹ capituli pars: in qua tractat autor de diſcretione dicens ꝙ diſcretio eſt nutrix ⁊ tutrix omnium virtutum: quoniam eas nutrit ⁊ protegit. Diſcretus enim vir om-nia facit cum deliberata ratione non precipitanter: et cum rerum pondere ſeu menſura. diſcretio etiam rectiſſime diſtinguit inter bona ⁊ mala vt hec eligat. Illa vero reſpuat tanq̃ nocentia. Inſuper diſcretio hincinde ⁊ vbiqꝫ que minus recta ſunt dirigit. Nota ꝙ diſcretio eſt mater aliarum virtutum vt in. c. i. de officio cuſtodis. et in. c. preſentium. i. q. v. idem in cle. paſtoralis. de re iudi. Con. [diſcretio dicitur eſſe nutrix virtutum. diſcretio eſt inſuper. i. vltra [tutrix: quare non debet abeſſe. i. deficere] eſto diſcretus ⁊ fretus id eſt munitus [libramine. i. menſura [rerum. non diſcernes bene: niſi gubernes te ratione. diſcerne omnia. cerne que ſunt bona vel mala. Elige ea que ſunt bona: ſed reſpue ea que obſunt. i. nocent [nimis. ſis circumſpectus hincinde aſpiciens: vt nunq̃ pro non ⁊ vnq̃: vt [nõ ſis vnq̃ male rectus: ⁊ ea ſupple [que ſunt male recta ſint directa per te.

## De prudentia.

Prouideas cura vigilanti ſepe futura
Ne noceant cura que ſunt caueas nocitura
Ac bõa procura non ſpectãs tẽpora dura
Ne tibi quid deſit prouiſio prouida preſit
Qui de vẽturis nõ prouidet extat inermis
Nõ confundetur qui premunitus habetur
Neſcit prodeſſe qui neſcit prouidus eſſe
Prouid⁹ eſt plenus: improuid⁹ extat egen⁹

Hec eſt quadrageſima ſecunda huiꝰ capituli pars: in qua tractat autor de prudentia dicens ꝙ vir prudens prouidet ſibi de futuris cum omni diligentia: ne ſcilicet noceant illi que futura ſunt. Adeo enim futuris rebus prouidet ꝙ nulla futura poſſunt ei nocere: ſed prouiſio per eum facta illi eſt vtilis: quoniam qui ſibi in futuris non prouidet ſepe plura aduerſa patitur. prudens etiam ſemper munitus eſt: ⁊ propterea nunꝙ confuſus: ſed omnibus bonis plenus eſt. improuidus enim pauper eſt ⁊ nulli prodeſt: nec etiaꝫ ſibi ipſi. Nota ꝙ prouidentia eſt futurorum conſideratio ſꝫꝰ rectitudinem conſilij ⁊ precepti qua quis vitat futura mala: vel ſaltem ea moderatur. Conſtrue⌊ prouideas ſepe futura cura⌋id eſt ſollicitudine⌊ vigilanti. cura⌋id eſt caue⌊ ne⌋pro vt ⁊ non: vt⌊ futura nõ noceant. caueas ea que ſunt nocitura: ac⌋pro et⌊ non ſpectans tẽpora dura⌋id ẽ difficilia⌊ procura⌋id eſt acquire⌊ bona: ne⌋pro vt ⁊ nõ: vt⌋ aliquid nõ deſit tibi. prouiſio ꝑinda prouide facta⌋.i. a lõginquo⌊ proſit tibi. ille extat⌋ id eſt manet⌊ inermis⌋ id eſt ſine armis⌊ qui non prouidet de futuris. ille qui habetur premunitus⌋.i. munitus⌊ nõ confundetur. ille qui neſcit eſſe prouidus: neſcit prodeſſe⌋id eſt proficere⌊ prouidus vir eſt plenus. improuidus extat⌋ id eſt eſt⌊ egenus.

## De largitate.

Sis largus parcus non vaſtator nec auarꝰ
Stat medio virtus: extrema tenet loca virꝰ
Prodigus eſt dãdo nimiũ: cupidꝰ retinẽdo
Largꝰ dãs dãda: parcus retinẽs retinẽda
Prodigus in vanis conſumit cur fit inanis
Qui ſua cõſumit eger: et poſt vndiqꝫ ſumit
Prodigꝰ eſt prauus: ſed peior fertur auarꝰ
Nã quaſi ſemꝑ obeſt alijs nũꝙ ſibi prodeſt
Quilibet exceſſus malꝰ eſt: cur ſit bñ ꝑſſus
Tu mediuꝫ retine: modꝰ eſt ſeruandꝰ vbiqꝫ
Serua menſurã ſemper multuꝫ valituram

Da cito gaudenter gratis iuſte ſapienter
Nā donum decorāt hec: et meritū meliorāt.

Hec eſt quadrageſimatertia hui⁹ capituli pars: in qua tractat autor de largitate dicens ꝙ largitas eſt virtus moralis inter duo extrema vicioſa conſiſtens: que ſunt prodigalitas ⁊ auaricia. Prodigus enim inutiliter plura conſumit vbi non oportet. quando nō oportet: ⁊ ſicut non oportet. dat enim danda ⁊ non danda: quare vanus ⁊ egenus ſepe efficitur: ⁊ ſic malus eſt. Sed peior eo eſt auarus: qui nec ſibi nec alijs vtilis eſt. Retinet enim non retinenda: ⁊ non diſtribuit ſua nec aliena. ſic ergo excedit in nō dando ⁊ nimiū retinendo. largus autem quia virtuoſus eſt medium tenet amborꝫ Nam aliquando dat et vbi oportet: et aliquando non dat ſcilicet vbi non oportet: et ſic modum et menſuram ſeruat que laudanda ſunt in omnibus. dat enim cito gaudenter: gratis iuſte et ſapienter: que omnia faciunt dona amabilia et valde decora: ex quibus etiam magnum meritum apud deum expectatur. Nota ꝙ largitas eſt virtus moralis in medio duorum extremorum ſcilicet prodigalitatis ⁊ auaricie conſiſtens: per quā quis dat que danda ſunt: et retinet retinenda: de qua dicitur luce. xvj. vade vende omnia que habes ⁊ da pauperibus et ſequere me. Item facite vobis amicos de māmona iniquitatis tribuendo pauperibus. Conſtrue[ ſis largus ⁊ parcus. non vaſtator nec auarus. ſtat in medio virtus. virus] . id eſt vicium[ tenet loca extrema. vir eſt prodigus dando nimium. vir eſt cupidus retinendo nimium. vir dans danda eſt largus. retinens retinenda eſt parcus. prodigus conſumit res ſuas in vanis rebus quare ipſe fit inanis] id eſt inutilis. ille ſup.[ qui conſumit ſua eget: et poſtea ſumit vndiqꝫ.] prodigus eſt prauus: ſꝫ auarus fertur] id eſt dicitur[ peior. nam] pro quia: quia[ obeſt id ē nocet alijs[ quaſi ſemper: ⁊ nō prodeſt ſibi vnꝗ̄. quilibet exceſſus eſt malus. cur] id eſt quare[ ſit preſſus bene tibi] id eſt a te[ tu retine medium. modus eſt ſeruandus vbiqꝫ. ſerua menſuram valituram ſemper multū. da cito: gaudenter: gratis: iuſte ſapienter. naꝫ pro qꝛ: quia[ hec decorant ⁊ meliorant meritum.

## De predicatione et conditionibus predicatorum.

Ut valeas eſſe doctor bonus: iſta neceſſe
Sūt tibi precipue: que debes corde tenere

Sit tibi vita decẽs: bõa ligua: ſcia prudẽs
Cõueniẽſqꝫ modus: intentio ſit tibi criſtus

Hec eſt quadrageſimaquarta huiꝰ capituli pars. in qua tractat autoꝛ de pꝛedicatione et conditionibus pꝛedicatoꝛis dicens: Qꝛ bonus doctoꝛ ſeu pꝛedicatoꝛ neceſſario debet habere ea que ſequuntur. ſ. bonam vitam: honeſtam ꝛ decentem conuerſationem. bonam linguam ꝛ diſcretam: pꝛudentiam ꝛ modum conuenientẽ. intentionem vero deuotã in xp̄o: non in vana gloꝛia aut pecunia ꝛ tunc eius pꝛedicatio erit recta ꝛ bona. Nota ꝙ pꝛedicatio eſt manifeſta ꝛ publica moꝛum inſtructio ꝛ fidei hominum infoꝛmationi deſeruiens: ex rationum ſemita ꝛ autoꝛitatuꝫ procedens vt inquit alanus. Conſtrue [iſta que ſequuntur ſup. [ſunt tibi neceſſe id ẽ neceſſaria [pꝛecipue id eſt maxime. vt valeas eſſe doctoꝛ bonus: q̃ debes tenere coꝛde. vita decens ſit tibi. lingua bona ſit tibi. ꝛ ſciencia pꝛudens ſit tibi [qꝫ] [pꝛo et [modus conueniens. criſtus ſit tibi intentio. De pꝛedicatione quid eſt: et de ſinguloꝛum membꝛoꝛum diffinitionis ampliſſima declaratione vide in foꝛtalicio fidei in pꝛima parte ſuper titulo de armatura veroꝛum pꝛedicatoꝛum: et ibi plene.

## De his q̃ pꝛedicãda ſunt: ꝛ quomodo.

Cõmoda dic verba: ſint ſacra lege ꝓbata
Sic vt ab erroꝛe doctoꝛ caueaſqꝫ pudoꝛe
Sancta fides: culpa: virtus ꝛ gloria plena
Hec ſũt precipua ꝑ te ſermone pꝛobanda
Sermo tuus gratus ſit verax premeditatꝰ
Clare pꝛobatꝰ: feruẽs: bonus ꝛ moderatus
Utilis oꝛnatus ſit: congruus atqꝫ beatus
Non tamen elatus ſit: nec nimiũ ſceleratus
Semper ſermones fac iuxta conditiones
Illoꝛum qui ſunt pꝛeſentes: nã mage ꝓſũt
Uerba dei recta documẽtis facta marita

Prodeſt doctor ita ſi conſtet ei bona vita.

Hec eſt quadrageſimaquinta hui9 capituli pars: in qua tractat autor de his que predicanda ſunt ꝛ quomodo dicens ꝙ doctor in predicatione debet dicere verba audientibus vtilia contenta in lege dei ꝛ ſacra ſcriptura. Nec debet ſeminare errores vel ea in quibus eſt dubium aut difficultas propter pudorem conſeruandum. hec enim veniunt maxime predicanda ſcꝫ fides vera ꝛ ſancta: peccata: virtutes dei et mores: ꝛ gloria ſempiterna. Predicator etiam debet preuidere que vult predicare vt graciam habeat et veritatem dicat. Sermo eius debet eſſe clarus: facundus: bonus: ꝛ moderatus: vtilis: ornatus: conueniens ꝛ beatus: nō ſuperbus nec nimis affatus: ꝛ ſꝫ9 conditionem eorum qui audiunt: quoniaꝫ plus proficiunt. verbum enim dei et ſanctorum merita facta ſunt ad documentum noſtrum: ꝛ tunc magis proficiunt. hoc enim modo predicator vtilis eſt populo dummodo bene et virtuoſe viuat. Nota ꝙ quinqꝫ verba ſꝫ9 apoſtolum ad corinth. xiiij. ſunt predicanda videlicet: credenda. agenda: vitanda: timenda: et ſperanda. hoc eſt fides: virtutes: vicia: pena: ꝛ gloria. Conſtrue⌊ dic vera commoda⌋ que⌊ ſint probata ſacra lege⌋ dic⌊ ſicvt tu doctor⌋ id eſt predicator⌊ caueas ab errore: qꝫ⌊ pro et⌊ pudore. hec ſunt precipue prima et optima probanda ſermone per te. Sancta fides: culpa: vicium: virtus ꝛ gloria plena. tuus ſermo ſit gratus. ſit verax et premeditatus. ſermo ſit prolatus clare: feruens: bonus: et moderatus. ſit vtilis ꝛ ornatus: congruus: atqꝫ⌊ pro et⌊ beatus. tamen non ſit elatus nec ſit ſceleratus⌋ id eſt feſtinatus⌊ nimium. fac ſemper ſermones iuxta conditiones illorum qui ſunt preſentes. nam⌋ pro qꝛ: qꝛ⌊ mage proſunt verba dei ꝛ verba recta ꝛ merita facta documētis. doctor prodeſt ita ſi bona vita conſtat.

## De correctione.

Fratrem corrigere peccātē quiſqꝫ tenetur
Ut careat ſcelere niſi quādo per ita timet̄
Deterior fieri vel nō correptus haberi
Uel ſi ſperetur ꝙ proximus inde grauetur
Aut ſi tardetur quia nondum tēpus habet̄
In ſimili peccās publice ſuper his ꝓhibet̄

Ut bene corrigere valeas:te corrige vere
Ut ſic correptus poſſis rep̄hendere rectus
Qui non corrigitur aliorum facta vidēdo
Punietur digne aliorum facta ſequendo
Prauos corrigere virtus eſt maxima vere
Juſti vexantur:niſi praui corripiantur.

Hec eſt quadrageſima ſexta huius capituli pars.in qua tractat autor de correctione dicens:ꝙ quilibet xp̄ianus videns fratrē ſuū xp̄ianum in aliquo peccare tenetur ſub pena peccati eu3 corrigere niſi ſit in caſibus ſequentibus:videlicet quia credat delinquentē ex correctione peiorem fieri non meliorem. Item ſi videat peccantem non velle corrigi ab aliquo. Ite3 ſi ex tali correctione alius in odium ipſius correcti grauetur. Item ſi videat aliquis ꝙ tunc nō ſit aptum tempus correctionis. Quicū̄q3 autem vult alium de crimine corrigere debet prius conſcientiam ſuam examinare:ꝛ debet eſſe ſine tali crimine:et hoc quando publice corrigit: quoniam ſi is qui corrigit alium de crimine tali publice maculetur: non valet eius correctio:quia ridiculoſo populo habetur tanꝙ turpis vt dicit catho. Turpe eſt doctori ꝛc]. Quicunq3 igitur alium vult corrigere debet ſeipſum prius emendare:vt prius correctus conſequēter pure poſſit corrigere. Ille inſuper de peccato iuſte punietur qui videns aliorum malefacta eoſdem ſequitur contemnens correctionem. Correctio ergo fraterna eſt virtus maxima et reipublice neceſſaria:alias mali homines bonos infeſtarent et a virtutibus artarent: quare ſequeretur multorum periculum. Nota ꝙ beatus Thomas ſecunda ſecunde dicit ꝙ correctio fraterna cadit ſub precepto affirmatiuo:quare obligat ad ſemper ꝛ non pro ſemper:ſed pro loco et tempore. Item dicit.q.xxxiij.ꝙ quedam ē correctio act⁹ charitatis:et quedam eſt actus iuriſditionis. de correctione quādo peccatum eſt occultum vel manifeſtum et de monitione canonica:vide optime in.c.ſi peccauerit.ij.q.prima. Cōſtrue [Quiſq3 tenetur corrigere fratem peccantem vt ipſe careat ſcelere:niſi quando timetur fieri quis deterior]id eſt peior[per iſta. vel quando timetur non haberi correctus. vel ſi ſperetur ꝙ proximus grauetur inde. aut ſi tardetur:quia nondum ]pro non ꝛ adhuc[ quia non habetur adhuc tempus. peccans publice in ſimili caſu prohi

betur][corrigere ſupple][ſuper his][in quibus peccat ſupple][corri-
ge te vere:vt valeas bene corrigere][alios][ vt][tu][rectus][id eſt cor
rectus][ſic poſſis reprehendere. ille qui non corrigitur videndo
facta aliorum punietur digne ſequendo malefacta aliorum. Vir-
tus eſt vere maxima corrigere prauos. iuſti vexantur: niſi praui
corripiantur.

## De ſomno et vigilia.

Sūt promiſſa bona vigilātibꝰ atqꝫ corona
Se bene ditabit meritis:bene qui vigilabit
Sūt dormitantes reprobati: nō vigilantes
Criſtus,ad orandū nos monuit:⁊ vigilādū
Ut cuꝫ tentamur:in nullo decipiamur
Nā veit abſqꝫ mora mors:q̄ ñ credimꝰ hora
Debes vitare ſero nimium vigilare
Naꝫ vigilare ſero nimis nocet:qñ fit ignis
Nempe ſitim generat: i v̄bis tēpora vaſtat
Corpus ſepe grauat:animū qñqꝫ moleſtat
Surgere manevetat:⁊ craſtia ſepe r̃tardat

Hec eſt quadrageſima ſeptima huius capi.pars. in qua tractat autor de ſomno et vigilia dicens: Qz deus promiſit vigilantibus multa bona:videlicet coronam glorie eterne. quicunqꝫ igitur vir-tutibus inuigilauerit:hanc coronaꝫ glorie infinite pro merito ſuo habebit.dormientes vero nimium a deo ſunt reprobati tanq̄ deſi-des et pigri. Exemplo igitur chriſti vigilare in oratione debemus vt temptationes malas vitemus. Tempus etiam meritorium hu-ius breuiſſime vite incertum eſt. nam mors noſtra ſequitur cor-poris noſtri vmbram quocunqꝫ pergamus. nec intelligendum eſt hic de illa vigilia que fit aliquando ad ſolatium iuxta ignem quia talis ſepe nociua eſt: quoniam ſitim inducit: et multa tem-pora in verbis inutilibus conſumit.aggrauat plurimum corpus et deinde animam meſtam reddit. impedit etiam ne quis mane

urgat:et i deo tardat craſtinam operam. Nota ꝙ xp̄us precepit vi‑gilare:⁊ dormientes increpauit dicens. Nō potuiſtis vna hora vi‑gilare mecum mathei.xxvj.vigilate ergo et orate ⁊c. Conſtrue ⌊bona atqȝ⌋pro et⌊corona ſunt promiſſa vigilantibus⌋ille ſupple ⌊qui vigilabit bene ditabit bene ſe meritis.dormientes ſunt repro‑bati.criſtus monuit nos ad orandum ⁊ vigilandum:vt non deci‑piamur in vllo cum temptamur.nam⌋pro quia: quia⌊mors venit abſqȝ mora hora qua non credimus.debes vitare vigilare nimiuȝ ſero:nam⌋pro qꝛ: quia⌊vigilare nimis ſero nocet quando ignis fit.nempe⌋pro quia:quia⌊generat ſitim:⁊ vaſtat tempora in ver‑bis.grauat ſepe corpus:qȝ⌋pro et⌊moleſtat quandoqȝ animuȝ.ve‑tat ſurgere mane:⁊ retardat ſepe craſtina.

## Multa mala que facit nimius ſomnus.

Noli dormire nimis aut pauſando pigrire
Somnus eni nimius ē valde ſepe nociuus
Corp9 eni reddit pigreſcēs:reumata nutrit
Vulnerat ⁊ mentem ſic ocia vana ſequētēȝ
Tempus perdendo vicijs alimēta gerēdo
Dat laſciuire carnem fatiendo perire.

Hec eſt quadrageſimaoctaua hui9 capituli pars.in qua tractat autor de malis que facit nimis ſomnus dicens ꝙ nimis abundās ſomnus ſimiliter ⁊ omnis pigricia nociua eſt multum tam corpori ꝙ̄ anime.nam efficiunt corpus pigrum ⁊ tardum ſeu lentum ⁊ reu‑mate plenum.animam.i.mentem vulnerat ocia ſequentem: quoni‑am tempus amittit:⁊ nutrit crimina:⁊ fortificat carnem que mili‑tat aduerſus animam.Et tandē facit aīaȝ per peccatuȝ perire. Om‑nis autem ſomnolentus piger eſt et mittitur ad formicam vt ab ea diſcat prudentie ſue diligentiam prouerbiorum.vj. vade ad formi‑cam o piger ⁊ conſidera vias eius. Conſtrue⌊noli dormire ni‑mis:aut⌋pro vel⌊pigrire⌋.i.pigrum eſſe⌊pauſando.enim⌋pro qꝛ: quia⌊ſomnus eſt valde ſepe nociuus⌊enim⌋id eſt certe ſomnus ſupple⌊reddit corpus pigreſcens:⁊ nutrit reumata:⁊ vulnerat mē‑tem⌋.i.animam⌊ſequentem ſic ocia: perdendo tempus: gerendo alimenta vicijs.Somnus dat⌋.id ē facit⌊laſciuire⌋id eſt luxuriari ⌊carnem faciendo eam perire.

## Quomodo ſe debꝫ hõ regere dũ intrat lectũ: ⁊ q̃d dicere debet dũ ſe leuat.

Dumvis dormire debet crux ſancta preire
Te ſic commendes dño reuerenter ⁊ ores
Me tibi cõmendo de9 ſemper alme petẽdo
Ut me pauſantem cõſerues: ac vigilantem
Me tibi virgo pia ſemper cõmendo maria
Tu mihi ſaluatrix ſis ſemper auxiliatrix
Angele qui me9 es cuſtos pietate ſuperna
Me tibi cõmiſſum ſerua defende guberna
Sis mihi tutela michael: raphaelq́ȝ medela
Et gabriel fortis ſis cõtra pericula mortis
Hec eadem facies de ſomno qñ reſurges.

Hec eſt quadrageſimanona hui9 capituli pars: in qua tractat autor de his que debemus dicere ⁊ facere cubando ⁊ ſurgendo dicens ꝙ cum volumus dormire debemus nos ſigno crucis munire deo nos cõmendando et reuerenter adorando dicentes. Me tibi cõmendo deus alme ⁊c̄. id eſt precor vt conſerues me tam dormiẽdo ꝙ̃ vigilando. et debemus poſt xp̄m orare virginem glorioſam dicentes. O virgo maria habeas me ſemper tibi cõmiſſum cuſtodiendo: et ſis mihi in auxilium mee ſalutis. Item etiam dirigere debemus orationem noſtram ad angelum bonuȝ noſtrũ qui cuſtos nobis pietate dei tribuitur: vt dignetur nos cõſeruare illeſos ab aduerſario demone dicẽtes. O gabriel ſis mea defenſio. o raphael ſis medicina contra hoſtes meos volentes nocte me impugnare. tu vero gabriel cuius fortitudo eſt interpretatio ſis mihi in adiutorium contra mortis pericula. hoc idem etiam orantes dicere debemus cum a lecto ſurgimus. Cõſtrue [ ſancta crux debet preire dum vis dormire. commendes ſic te domino ⁊ ores reuerenter ] O [ deus alme ] .i. ſancte [ cõmendo ſemper me tibi: petendo vt conſerues me pauſantem ] .i. dormientem [ ac ] pro et [ vigilantẽ ] o [ maria

pia virgo cõmendo ſemper me tibi.tu ſis ſaluatrix mihi:ꝛ ſemper ſis auxiliatrix]O[angele qui es cuſtos meus pietate ſuperna ſer-ua defende guberna me cõmiſſum tibi]O[michael ſis tutela mihi qꝫ]pro et o[raphael ſis medela.et tu gabriel fortis ſis contra pe-ricula mortis.tu facies hec eadem quando reſurges de ſomno.

## De perſeuerantia.

Si vis regnare:ſtudeas bona continuare
Fac bona continue: poteris ſic viuere tute
Omnes virtutes currunt querendo ſalutes
Cõtinuãs curſum ſcãdit conſtantia ſurſuꝫ
Incipiunt multi:non perficiunt bona ſtulti
Stultus mutatur: vt luna cito variatur
Quolibet a vento agitatur ſicut arundo
Sed prudens ꝯſtat:vt ſol ſua lumina p̃ſtat
Quod bene cepiſti cõple:nam p̃mia donat
Criſtus vincenti:finis non pugna coronat.

Hec eſt quinquageſima huius capituli pars:in qua tractat autor de perſeuerantia per quaꝫ omnes virtutes premium merentur et eſt illa virtus per quam alie continuantur:quia nihil valet incipere bene et terminare male.multi enim bene incipiunt: ſed qꝛ hãc virtutem perſeuerantie non habent ante finem operis deficiunt et non perficiunt:et ſic vt ſtulti premium ſui operis perdunt:et tales merito comparantur lune que ſepe in vno menſe ſꝫᵉ apparentiam mutatur.Prudens autem quia conſtans eſt merito ſoli comparatur qui ſemper lumen ſuum diffundit.ſtultus vero velut arũdo a vento agitata variatur.Si premium igitur ſperamus oportet adimplere bona que incepimus:quoniam dicit criſtus mathei quarto.Qui perſeuerauerit vſqꝫ in finem hic ſaluus erit: quia finis ꝛ non pugna coronam ꝛ premium meretur. Nota ſꝫᵉ tullium ꝙ perſeuerantia eſt in re bene conſiderata ſtabilis ratio et perpetua manſio. Conſtrue[Studeas continuare bona opera ſi vis regnare]in celis ſupple[fac continue bona poteris viuere tute ſic omnes virtutes currunt querendo ſalutes. vir continuans curſuꝫ

ſuum ſcandit ſurſuꝫ conſtantia ſua. multi incipiunt. ſtulti non perficiunt bona. vir ſtultus mutatur cito vt luna. ſtultus variatur a quolibet vento. ſtultus agitatur ſicut arundo ]id eſt illa herba[ ſꝫ vir prudens conſtat vt ſol preſtat ſua lumina. comple id quod bene concepiſti. nam ]pro quia: quia[ criſtus donat premia vincenti. finis coronat non pugna.

## De cuſtodia quinqꝫ ſenſuum.

**Guſtus: odoratus: auditꝰ: viſio: tactus**
**Per te claudantur: nec ſordes ingrediantᷣ**

Hec eſt quinquageſimaprima huiꝰ capituli pars: in qua tractat autor de cuſtodia quinqꝫ ſenſuum dicens ꝙ quinqꝫ ſenſus corporis qui ſunt guſtus: odoratus: auditus: viſus: et tactus ſunt ſeruandi a nobis clauſi: quia non debemus per eos nimis delectari in rebus huius mundi. alias enim multa peccata per miniſterium ſenſus a nobis fierent niſi coercerentur ꝛ clauderentur hoc eſt cõtinerentur honeſte a nobis: ne ſeculi oblectamenta hauriant. de ſe enim proni ſunt ad malum ab origine ſua vt Geneſis octauo dicitur. Senſus enim et cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua. propter quos dicebat paulus ad Romanos ſeptimo. video aliaꝫ legem in membris meis. i. in ſenſibus repugnantem legi mentis mee: et captiuantem me in lege peccati: quare exclamabat docens nos ſic facere. infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius: in quo ſcilicet ſunt tot mali ſenſus. Conſtrue[ guſtus ]id eſt ille ſenſus[ odoratus: auditus viſio ꝛ tactus claudantur per te: ne ]pro vt ꝛ non: vt[ ſordes nos ingrediantur per eos.

## De viſu.

**Noli reſpicere que poſſunt viſa nocere**
**Auertas viſum tibi ne tollat paradiſum**
**Intrat mors aĩas per viſus ſepe feneſtras**
**Cor clauſis portis euitat vulnera mortis.**

Hec eſt quinquageſimaſecũda huiꝰ capituli pars: in qua tractat autor de viſu dicens ꝙ per viſum ſepe vulneratur ad mortem cor noſtruꝫ propter peccatuꝫ mortale inde cauſatum. nam viſus ẽ porta per quã ſepe mors ingreditur ſcꝫ peccatũ mortale: quare tenere

debemus eaȝ clauſam:ne videamus que poſſunt nobis nocere videndo propter que poſſemus paradiſum perdere. Uiſus enim fuit miniſter ⁊ prima porta peccati in eua vt Geneſis tertio dicitur. vidit igitur mulier ꝙ bonum eſſet lignum ⁊ ad veſcendum ſuaue.
Conſtrue[ noli reſpicere ea que viſa poſſunt nocere. auertas].i. tollas[ viſum:ne]pro vt ⁊ nō:vt non[ tollat tibi paradiſuȝ.mors] ſcilicet peccatuȝ[ intrat ſepe animas.per feneſtras viſus cor euitat vulnera mortis portis clauſis.

## De auditu.

A verbis vanis mendacibꝰ atqꝫ ꝓphanis
Aures auertas:ipſas ad commoda vertas
Audi ſermones:miſſas:horas:rationes
Sic te diſpones ad rectas conditiones.

Hec eſt quinquageſimatertia huiꝰcapituli pars: in qua tractat autor de auditu dicens ꝙ cauere debemꝰ ne audiamus verba vana prophana ⁊ mendoſa. Audire vero debemus vtilia nobis velut ſermones:miſſas:horas:⁊ rationes bonas. Et generaliter omnia per que poſſumus ad vitam peruenire vt conditiones rectas habeamus. Audire etiam debemus viros ſapientes: q2 audiens ſapiens ſapientior erit prouerbiorȝ primo. Conſtrue] Auertas id remoueas[ aures a verbis vanis mendacibus:atqꝫ]pro ⁊[ prophanis vertas ipſas ad cōmoda. Audi ſermones:miſſas: horas: rationes. diſpones ſic te ad conditiones rectas.

## De odoratu.

Non ſit odoratus vnꝙ̄ tuus immoderatus
Criſtus odor tibi ſit:cū pluſꝙ̄ cetera proſit.

Hec ē quinquageſimaquarta huiꝰcapituli pars:in qua tractat autor de odoratu dicēs ꝙ nunꝙ̄ debemus immoderate ⁊ exceſſiue ſpeciebus odoriferis ad delectationem vti quia in tali delectatione nimia poſſet conſiſtere vel generari peccatuȝ. criſti vero bonus odor qui eſt ad vitam eternam debet ſaciare odoratum noſtrum vt dicitur canticorꝫ primo. In odore vnguentoruȝ tuorꝫ currimus odor enim paſſionis criſti alijs eſt odor vite in vitam: alijs ē odor mortis in mortem vt in.c. Nabuchodonoſor.xxiij.q.iiij. Cōſtrue [tuus odoratus non ſit vnꝙ̄ immoderatus. criſtus ſit tibi odor: cum proſit pluſꝙ̄ cetera.

## De guſtu.

Stringe tuũ guſtũ qui vult cõſumere multũ
Plurima guſtare vult ſepe vẽtrẽ grauare
Si guſtuꝫ ſequeris: nunq̃ bene ꝓficieris.
Si ſibi credideris: nõ ſobrius efficieris.

Hec eſt quinquageſimaquinta huiꝰ capituli pars: in qua tractat autor de guſtu dicens ꝙ ſũma cum diligentia guſtum noſtrum et ipſius concupiſcentiam artare atqꝫ vincendo frenare debemus: cuius laſciuiam ſectantes ſi illius habenas lexauerimus multa incõmoda reportabimus: tum primo nimium ventrem grauando: tum ſecundo ſobrietatem ⁊ alias illi annexas virtutes: necnon inſuper omnem rerum profectuꝫ extinguendo. nec ergo incitanti parendum eſt guſtui: ſed peſſundendus per omnia venit: non quãtũ ad vite neceſſitateꝫ facit. hi etenim ſenſus noſtre carnis omnes eiꝰ more ad mala proni ſunt: ⁊ laſciuire carnis ſimilitudine querunt: ſed in viro prudente rationem eorum diurnam atqꝫ regulam vniuerſalem habent que prohibet eorum incentiuum: ne facilitas venie occaſionem prebeat delinquendi: habetur in. c. vt clericorum mores. de vita ⁊ honeſtate clericorum. Conſtrue [ſtringe guſtuꝫ tuum: qui vult conſumere multum. guſtare ſepe plurima vult. grauare ſepe ventrem: nunq̃ ]pro non et vnq̃ [non proficieris]. id eſt non proficies vnq̃ [bene ſi ſequeris guſtum. non efficieris ſobrius ſi credideris tibi.

## De tactu.

Sic cõpeſce manus: ne tactus ſit tibi vanꝰ
Tãgẽs imunda manꝰ: ex hoc ẽ male mũda
Ut vites penas res nõ tangas alienas.
Nõ aliquid tãgas male ꝑ q̃ poſtea plãgas

Hec eſt quinquageſimaſexta huiꝰ capituli pars: in qua tractat autor de tactu dicens ꝙ nihil tangere debemus qđ ſit immunduꝫ ſeu inhoneſtum tam in nobis q̃ in alijs. Item nihil alienum tangere furti cauſa aut alia iniuſta occaſione debemꝰ: et generaliter ab omni tactu illicito et rei illicite abſtinendum eſt: vt prophani ac tactu rerum ſacrarum: alias culpa nobis eſt: pro qua in poſterum

plangendum eſt. Tangere enim immundum eſt conſentire peccã-tis vt dicitur.xij.q.iij.in.c.recedite. Conſtrue[compeſce ſic ma-nus:ne]pro vt ꝛ non:vt[tactus vanus nõ ſit tibi.manus tangẽs immunda eſt male munda.per hoc non tangas res alienas vt vi-tes penas.non tangas male aliquid pro quo plangas poſtea.

## De inceſſu.

Sicq̧ pedẽ ſ coibe:ne vadãt ad mala prõpte
Nõ ad rixandũ vadant nec dãnificandum
Nõ ad cernendũ res varias nec rapienduȝ
Ad dñm greſſus diſpone tuoſq̧ regreſſus.
Et qꝛ de facili nequeunt aſſueta relinqui:
Nõ ſumas viſuȝ qui gignere poſſit abuſuȝ.

Hec eſt quinquageſima ſeptima hui⁹ capi.pars:in qua tractat autor de inceſſu dicens ꝙ greſſus atq̧ regreſſus noſtros in deum maxime debemus ordinare vt videlicet aſſueſcamus ire ad loca ſancta honeſta ꝛ virtutum inductiua:ſcientiarum etiam ꝛ diſcipli-narum oſtenſiua:ne ad loca iſtis contraria conſuetudinem indua-mus:ſed pedes noſtros penitus cohibeamus ne ad aliqua audiẽ-da:aut vero ſaltem videnda que mala ſint nos conducant. rixas fugiamus.vana ne videamus.damna aut rapinas cuiꝗ̃ ne infera-mus.Sint igitur pedes ꝛ affectiones noſtre ad ſolum deum princi-paliter tendentes:per quos affectiones humane deſignantur que poſtremo relictis alijs prioribus malis remanent in nobis:ideo oportet eas deponere quando ſunt nimium fixe terrenis volupta-tibus:qđ voluit intelligere xp̃s cũ dixit.Qui lotus eſt non indiget niſi vt pedes lauet id eſt malas affectiones tollat.Et hec fuit ratio quare xp̃us lauit pedes diſcipulorum ſuorum ꝛ non manus vt di-citur iohãnis decimotertio. Conſtrue[q̧ꝫ]pro ꝛ[ꝛ cohibe]id eſt prohibe[ſic pedes:ne]pro vt ꝛ non:vt non[vadant prompte ad mala. Non vadant ad rixandum:nec]pro ꝛ non[vadant ad res varias rapiendum.diſpone greſſus tuos ad dominum:q̧ꝫ]pro et [tuos regreſſus:et non aſſumas vſum]id eſt conſuetudinem:qui poſſit gignere abuſum.qꝛ aſſueta nequeunt relinqui de facili.

## De honeſtate vite.

Sit tua mēs mūda ſemꝑ meditatio ſancta.
Actio ſit iuſta: necnon intentio recta
Cōmoda ſint verba: ſit conuerſatio grata
Sit placidus geſt⁹: greſſus matur⁹ honeſt⁹
Congrua ſit veſtis: ſocijs ſocieris honeſtis
Cōpoſitos mores habeas laudabiliores.

Hec eſt quinquageſimaoctaua huius capi. pars. in qua tractat autor de honeſtate vite dicens Qꝫ hec eſt vera vite huius decentia ſeu honeſtas: videlicet vt purgata omni labe criminis anima noſtra ſit pura atqꝫ munda ab omni macula in dei ⁊ hominum conſpectu. meditatio ſit ſancta: actio iuſta: intentio recta propter deuꝫ ſcilicet aut aliquod in deum tendens. verba audientibus ſint vtilia non ſcandaloſa: et tota conuerſatio hominibus grata. geſtus placidus. inceſſus vero maturus et grauis ſꝫᵉ perſone ſtatum. veſtimenta ſint profeſſioni atqꝫ vocationi conuenientia. Societas cū quibus habetur conuerſatio ſit honeſta. mores et actus ſint bene compoſiti ſeu ordinati vt laudabili⁹ fieri poterit: ne quid fiat minus in ea in qua quis conuerſatur vita: quod per Terentiuꝫ laudabilē cenſendum eſt. inquit enim in andria. nam id arbitror apprime in vita eſſe vtile: vt ne quid nimis. Conſtrue[ Tua mens ſit munda. meditatio ſit ſemper ſancta. actio ] id eſt operatio [ ſit iuſta necnon ] id eſt etiam [ intentio ] ſit [ recta. verba ſint commoda ] id ē vtilia. Conuerſatio ſit grata. geſtus placidus. greſſus ſit maturus et honeſtus. veſtis ſit cōgrua. ſocieris ſocijs honeſtis. habeas mores compoſitos et laudabiliores.

## Quomodo trahendum eſt bonum exemplum ab omnibus.

Inſpice maiores mediocres atqꝫ minores
Collige ſic flores virtutum commodiores
Cum quibus orneris ſalueris et auxilieris
Sis bene moroſ⁹ ⁊ ad impia facta moroſ⁹

## Nobilitas morum pl9 prodeſt q̄ genitorū.

Dec eſt quinquageſimanona hui9 capituli pars: in qua tractat autor quomodo trahendum eſt bonum exemplum ab omnibus di cens q̄ his qui deſiderat ſibi optimas comparare virtutes facile hoc poterit. Si mores maiorum mediorum atq3 minorum conſide rauerit et ex his qd̄ conuenientius decentius atq3 honeſtius ſibi appropriauerit vt ornatior ſit ⁊ ſaluti ex eorum auxilio proximior. hinc enim nobilis; et moroſus dicetur: quia nobilitas ſola eſt. ani mum que moribus ornat. non autem ea que ex parentibus trahit̄. moroſus inſuper a morum multitudine dictus: cuius media bre uis eſt. Item etiam moroſus dicitur a mora cuius media longa eſt: quoniam virtuoſus omnis tardus eſt ad malum perpetrandū Unde prima ia. primo dicitur. ſit autem omnis homo velox ad au diendum: tardus ad loquendum et tardus ad iram. Conſtrue [ inſpice maiores mediocres atq3 ] pro et [ minores collige ſic flo res virtutum cōmodiores: cum quibus virtutibus orneris ⁊ auxi lieris. ſis bene moroſus ] id eſt virtuoſus [ et ſis moroſus ] id eſt tar dus [ ad facta impia ] id eſt mala [ nobilitas morum prodeſt plus q̄ genitorum.

## De modo viuendi ⁊ cōuerſandi.

Sis bene diſcretus inter conuiuia letus
Tūc parce comede: mage pce pocula ſume
Ac parce loquere: ſocios large reuerere
Nō ſis ad riſum pronus: niſi ſit tibi viſum
Quod bene cōueniat ⁊ honeſte tūc tibi fiat
Hūc homo deridet qui multū vl̄ cito ridet
Non diſcurrendo procedas vel ſaliendo
Nō vadas nocte: vel ſaltez eas bene docte
Si poſſis tende ſociatus ſemper honeſte
Signa mali fugias: ne ſuſpectus tibi fias
A praua ſpecie debet ſe quiſq3 cauere.

Hec eſt ſexageſima huius capituli pars: in qua tractat autor de modo viuendi et conuerſandi dicens quod magna debet haberi diſcretio ad honeſte conuerſandum: et maxime in conuiuijs vbi plerumque aggregantur bene et male morati .i. compoſiti moribus atque diſſoluti inter quos ſatis eſt difficile diſtinctionis menſuram debite obſeruare. Que menſura ipſa eſt vt videlicet moderate cibum atque moderatius potum ſibi quiſque ſumat. Et vt parum loquatur. plurimum vero alios reuereatur. modeſte rideat ſi occaſio ſe offerat. a vino penitus abſtineat ne ceteris ludibrio fiat: aut nimia notetur leuitate. Inſuper hoc conuerſationem honeſtam vt non diſcurrat per vicos et plateas ſaltando aut preter modum ambulando maxime nocte: quod ſi neceſſitas preſtiterit fiat cum ſocietate decenti ad tollendum omnem malam ſuſpicionem. Quoniam a mali ſpecie precipit apoſtolus abſtinere vt in .c. Cum ab omni. de vita et honeſtate clericorum. Sapiens enim ſuos mores trahit a ſapientioribus antiquis vt dicitur eccleſiaſtici .xxxix. Sapientiam omnium antiquorum exquiret ſapiens. Conſtrue [ ſis bene diſcretus. ſis letus inter conuiuia. comede tunc parce. ſume mage parce pocula: ac ] pro et [ loquere parce. reuerere ] id eſt honora [ large ſocios. non ſis pronus ad riſum: niſi viſum ſit tibi quod conueniat. bene: et fiat tunc honeſte tibi ] id eſt a te [ homo deridet hunc qui ridet multum vel cito non procedas ] id eſt non eas [ diſcurrendo vel ſalliendo. non vadas nocte vel ſaltem eas bene docte. tende ] id eſt vade [ ſociatus honeſte ſi poſſis. fugias ſigna mali: ne ] pro vt et non: vt non [ fias ſuſpectus tibi. quique debet ſibi cauere a ſpecie praua.

## Quod fugienda ſunt mala conſortia.

Non habeas ſocios ſtultos: ſed dogmate plenos
Cum ſanctis habita que ſunt puerilia vita
Elige doctorem qui te reddat meliorem
Elige conſortem qui ſanctam det tibi ſortem
Qui bene vult agere viliaque facta cauere
Prauorum fugere debet conſortia vere
Si ſanctos ſequeris ſanctus ſic efficieris
Sed peruerteris ſi peruerſos comiteris

Pomū corruptū cito corrumpit ſibi nuptū
Omnia contacta denigrat pix calefacta
Sic maculat cūctos p̄u9ſocios ſibi iūctos.

Hec eſt ſexageſimaprima huius capituli pars: in qua tractat autor quomodo ſunt fugienda mala conſortia dicens. Quicunqȝ ſanctam incorruptam ⁊ immaculatam cupit ducere vitam: viros his ſimiles inhabitandi gracia querat. Qui enim querit doctrinaȝ ⁊ ſcienciam non ſtultum ſequatur aut ignorantem ſed doctoreȝ ſapientem qui reddat eum meliorem. qui autem ſanctos viros ſequetur ſanctus tandem efficitur. Et ad contrarium. qui malos ſequitur eis ſimilis mox efficietur pomi corrupti exemplo: quod nomen fructuum generale vocatur. nam ſi coniunctum alteri valido pomo adheſerit ſtatim in eius conuertet corruptionis ſimilitudinem. et iterum quemadmodum pix nigra conficta eſt a calore liquida quecunqȝ attrectauerit in eius nigredinis ſimilitudineȝ cōuertit. Sic ſuo more cunctos quos ſibi inſanus adiunxerit quo ad mores corrumpit. Facilius enim conualeſcunt viciorum ſeminaria prohdolor et in nobis prohpudor q̄ virtutum. Tullius enim ad lucillum ait: q nullius boni ſine ſocio iocunda eſt poſſeſſio. Querendus eſt igitur ſocius iocunditatis gracia: ſed prius eſt eligendus et virtute probandus: quia qui corruptis ſociatur incorruptus permanere non poteſt vt in. c. Quiſquis. xxiij. q. iiij. ⁊ ideo vitanda eſt ſocietas malorum vt in capitulo. non turbatur. xxiij. queſtione prima. Conſtrue non habeas ſocios ſtultos ſed plenos dogmate id eſt doctrina habita cum ſanctis. vita ea que ſūt puerilia. elige doctorem qui reddat te meliorem. elige conſortem id eſt ſocium qui det tibi ſortem fortune id eſt partem ſanctam. ille ſupple qui vult bene agere: qȝ pro et cauere facta vilia debȝ fugere vere conſortia prauorum. Si ſequeris ſanctos efficieris ſic ſanctus: ſed peruerteris id eſt peruerſus efficieris ſi comiteris id eſt ſocias peruerſos id eſt malos pomum corruptum corrumpit cito nuptum id eſt coniunctuȝ ſibi. pix calefacta denigrat omnia contacta. prauus ſocius maculat cunctos iunctos ſibi.

## De ludis cauendis.

Non ad taxillos ludas: nam ius vetat illos
Ludi vitentur: aut plurima dāna ſequent̄

Ludens diſpendit res:famā:tēpora perdit
Fraudē cōmittit: mendacia ſcādala nutrit
Se male ditare cupit:et alios ſpoliare
Clamat:blaphemat: iraſcit̄ et male dānat
Infert litigia: periuria:verbera:furta
Eccleſiā ſpernit: nocet huic q̄ ludere cernit
Lāguet:marſcecit:dolet amittendo caleſcit
Perdens inſanit: male ſtando corpꝰ inanit
Quāuis letetur modicum ſi forte lucretur
Non hoc ditatur iniuſte ſi teneatur.

Hec eſt ſexageſima ſecunda huius capituli pars:in qua tractat autor de ludis cauendis dicens:ꝙ ludus taxillorum eſt iure prohibitus vt in capitulo clerici.de vita et honeſtate clericorum extra. Et generaliter dicunt doctores ꝙ omnis ludus cuius ſors ⁊ euentus committitur fortune prohibetur iure:niſi ſit in modica re. aliqui tamen ſunt ludi permiſſi ad virtutis exercitationem: de quibus philoſophus quarto phiſicorum. et Cicero libro officiorum. ludi autem prohibentur omnes ex quibus damna ſequuntur vt in autentico.Alearum ludus.C.de religioſis ex ſumptibus funeruꝫ. et in autentico de ſanctiſſimis epiſcopis.collatio.ix. Quia in talibus ludis res et tempus perduntur.Fraus et mendacium et ſcandalum committuntur.ſpoliatur etiam qui perdit bonis ſuis:⁊ tūc clamat:blaſphemat:iraſcitur et maledicit:litigat:peierat: verberat et furatur ſi poteſt.Spernit eccleſiam:nocet his qui proſpiciunt:languet:marceſcit:dolet.⁊ ſcandeſcit furore:moleſtus eſt velut inſanus.Corpus eius eſt inane viribus:licet modicum gaudium recipiat ſi aliquando lucratur:et quia iniuſte acquirit non poteſt ex lucro illo ditari:immo tenetur ad ſatiſfactionem:nec poteſt repetere quod amittit:quoniam illud quod lucratum eſt ex turpi lucro vel iure prohibito venit pauperibus eroganduꝫ:maxime ſi ex parte vtriuſqꝫ vertitur turpitudo:vt ē bona gloſa ⁊ doctores etiam tenent ibi in capitulo penultimo de vita ⁊ honeſtate clericoruꝫ. Conſtrue[Non ludas ad taxillos.nam]pro quia:quia

[ius vetat illos. ludi vitentur:aut ]pro vel: vel[ plurima damna ſequentur.ludens diſpendit res:famam:ꝛ perdit tempora:cõmit tit fraudem:nutrit mendacia ꝛ ſcandala: cupit ditare male ſe.et ] pro ſed: ſed[ cupit ſpoliare ſe.ludẽs clamat:blaſphemat:iraſcitur: ꝛ male damnat ]id eſt maledicit[ infert:dat litigia:periuria: verbera:furta. ſpernit eccleſiam. nocet huic qui cernit ludere.languet amittendo.marceſcit.incipit fieri macer:dolet et caleſcit. perdens inſanit.efficitur velut ſtultus; et inanit ] id eſt efficitur inanis moleſtando corpus:Quis letetur modicum ſi lucretur forte aliquid. non ditatur.non efficitur diues hoc ]id eſt ex hoc[ ſi teneatur ]id eſt poſſideatur[ iniuſte]

## De fama.

Uir bõe ſẽper ama:ꝙ ſit tibi ſplẽdida fama
Nomẽ habere bonũ fertur dñi fore donuʒ
Quiſq̃s habẽs vitã ñ debʒ ſpernere famã
Sancta tibi vita prodeſt:alij s tua fama
Si propriã famaʒ fieri vis ſemper honeſtã
Crimina deuita: nã famam dat bona vita
Ne dum per crimen poſſis amittere nomen
Sed male per ſigna fiet tua vita maligna

Hec eſt ſexageſimatertia huius capituli pars:in qua tractat autor de fama dicens ꝙ quãdiu viuimus bone ꝛ integre fame odorẽ ſaluare debemus:quia grande dei donuʒ eſt atqʒ viri virtuoſi vehemens preſumptio: quare a nemine ſpernẽda fama eſt ſed potiꝰ optanda:aut vero conſeruanda venit. Conſeruatur autem hec ꝑ vitam ſine crimine agitatam ꝛ honeſtam conuerſationem. Tollitꝛ etiam per malam vitam aut per aliquam mali ſigni ſpeciem.beata autem vita eſt ſancta.ipſis ſanctis eſt vtilis.Eorum vero fama exemplum ꝛ relatio bona alijs ſicut ſignuʒ ad ſagittam tributa multum perficit.Et ſimiliter a ſenſu contrario vox eſt fama mala que cito ac velociter currit ad aures ſingulorum vt ait virgilius Eneydum. Fama malum quo non aliud velocius vllum. Parua metu primo mox ſe attollit in auras.hec fama mala deturpat:ꝛ alios a ſe trahit in exemplum. Quare hoc malum eſt valde pernicioſum:

idco dicitur prouerbiorum viceſimo ſecundo. Melius eſt enim bo-num nomen ꝙ diuicie multe. Super argentum enim ⁊ aurum gra-cia bona. Conſtrue. O [bone vir ama ſemper ꝙ fama ſplendida ſit ſemper tibi. habere nomen bonum fertur] id eſt dicitur [fore] id eſt eſſe [donum domini. Quiſquis] id eſt quilibet [habens vitā non debet ſpernere famam. Sancta vita prodeſt tibi. tua vita pro-deſt alijs. deuita crimina: ſi vis famam fieri ſemper honeſtam. nam] pro qr: quia [fama dat vitam bonam. vita ne] pro vt: vt [duꝫ id eſt aliquando [poſſis amittere nomen per crimen: ſed tua vita fiet maligna per mala ſigna.

## De diſpoſitione domus.

Ne perdas ſubito domi diſponere ſcito
Ac tua diſpone: fac omnia cū ratione
Sic vt portare valeas ſumptus moderate
Qui nimis expendit alienū poſtea prendit
Ut bene ſufficias ſeruare ſtatum ſapienter
Sumpt⁹ nō facias niſi iuxta poſſe libenter
Nec plures teneas famulos incōuenienrer.
Diuitias caueas ne vaſtes inſipienter.
Sed tibi prouideas de rebus ſufficienter
In cunctis habeas menſurā conuenienter
Diſcrete videas q̄ ſunt facienda frequēter
Et cito diſponas prout expedit ipā decent
Quotidie multa nobis naſcuntur agenda.
Cum ſint iam nata velocius expedienda.
Aut aliter plura remanebunt perficienda
Cum tibi ſit cura patrare negocia plura
In primo cura cuius mora plus nocitura.

Hec eſt ſexageſimaquarta huius capituli pars: in qua tractat autor de diſpoſitione domus dicens: q̄ prudens rerum ſingularū diſpenſator cuꝫ moderamine ac recta ratione priuſq̄ domus eius patiatur diſpendium eidem cito ꝛ ſtatim non per temporum inter‑ſticia diſponit in cunctis vtilibus ſuis: coſiderādo videlicet quos poſſit ſuſtinere ſumptus: et quas debeat res exponere: ꝛ quas ha beat ſibi conſeruare. Nam ſi indiſcrete ꝛ inutiliter expenderet que ſua ſunt: egenus factus aliena aut raperet aut concupiſceret. Igi‑tur attente conſideret vt ſibi ꝛ ſuis ſufficiat: et ne inuanum diuici as conſumat: et quot famulantes ſibi retineat vt modum et men‑ſuram in omnibus conſeruet. in agendis vero que multa quotidie et varia naſcuntur nobis ipſe verſatur vt ordine cōſtituat. que pri us aut vero poſterius vtiliter gerenda ſunt: et vt velociter expedi at ea quorum diuturna mora damnum afferret. Deinde ſuo loco et ordine queqꝫ ſingula diſponat. De regimine et domus diſpoſi‑tione que ad yconomum videtur pertinere tractat ample philoſo phus in politicis: et Cicero de officijs. Conſtrue. debes ſupple [diſponere cito domui: ne] pro vt et non: vt non[ perdas ſubito: ac] pro et[ diſpone tua. fac ſic omnia cum ratione vt portare vale as ſumptus] id eſt impenſas[ moderate. ille qui expendit nimis: prendit] id eſt accipit[ poſtea alienuꝫ. non facias ſumptus libenter niſi iuxta poſſe: vt ſufficias ſapienter ſeruare ſtatū: nec] pro et et non: ꝛ non[ teneas plures famulos inconuenienter: ſed prouide‑as ſufficienter tibi de rebus. habeas conuenienter menſuram in cunctis rebus. videas diſcrete ea que ſunt facienda frequenter: et diſponas cito ipſa: prout] id eſt ſicut[ expedit decenter. multa agē da nobis] id eſt a nobis[ naſcuntur quotidie que ſunt expediēda velocius cum ſint iam nata: aut] pro vel: vel[ plura remanebunt aliter perficienda. cum cura ſit tibi patrare] id eſt perficere[ plura negocia. cura] id eſt fac primo id[ cuius mora eſt plus nocitura.

## Ultimū capitulū de morte ꝛ eiꝰ ſeq̄la. Et primo de preparatione ad mortem

Mordet mors cūcta q̄ naſcunt̄ ſine cūcta
Que priꝰ vnita ſoluit feriēdo ſagitta
Nemo vitare mortem valet aut ſuperare

Nā clauſis portis itrat loca ſingula fortis
Nocte die cuiq; mors inſidiatur vbiq;
Sepe necat ſubito ml'tos gladio bis acuto
Q̄nis incipias bonus in medio quoq; fias.
Si bn̄ nō finis: mal⁹ hic fert ad mala finis
Cur bn̄ credēdo pagēs bona:p̄ua cauēdo
Ne ſis dānatus:ſis ſemp̄ obedire paratus.
Uiuere coneris bene: nam bene ſi morieris
Uix bene viuentem vidi praue morientem.
Nō eſt mors ſubita quā ꝯſociat bona vita
Defunctos opera ſociant:nō arua nec era
Sis animo fortis inſtante turbine mortis
Sis bene ꝯtritus:cōfeſſus mēteq; punctus
Corpore munitus criſti:mēbriſq; perunct⁹
Cunctis ignoſce:veniam tibi tribui poſce.
Mūdū poſtpōas:nec amicoſ corde repōaſ
Summa tua cura ſit ꝙ mens ſit bene pura.
Criſtum rogare ſatagas et ſepe rogare:
Ut tibi condonet tua crimina teq; coronet.
Subde voluntati domini te corde libenti
Eſt virtus facere gratum facienda neceſſe
Tunc bene nitaris:vt deuote moriaris
Tanq̄ catholicus:ꝛ criſti verus amicus
In domino ſpera fidens in virgine mera

Orans deuote velit intercedere pro te
Mortē cōmemores xp̄i:tunc iugiter ores
Te cruce ſignando verāqꝫ fidē recitando
Commendans aīam dn̄o qui fecit ipſam
Sed ne ſis victꝰ caueas tunc demonis ictꝰ
Nam tūc conatur plus demon ⁊ inſidiatur
Ut deſperare faciat quem vult cruciare
Sꝫ ſibi nō credaſ:nec ab hiſ q̄ dico recedaſ
Nunq̄ꝫ deſperes de diuina pietate
Nec propria ſperes ſaluus fieri probitate
Te potius firmes ſaluatoris bonitate
Qui bene contritos ſperantes in deitate
Seruat clementer miſeranti fertilitate
Q̄tumcunqꝫ malꝰ fueris poteris fieri ſaluꝰ
Si bene cōtereris:in fine libenſqꝫ fateris
Si nequeas ore:tunc ſaltem corde fatere
Pectus tondendo:ſignūqꝫ crucis faciendo
In cruce pendentē latronē mox morientēꝫ
Criſtus ſaluauit: quia cōpatiendo rogauit
Ergo fide pura te criſti nomine firma
Qui nunq̄ꝫ ſp̄nit quos ꝯtritos bene cernit.

Hoc eſt vltimum huius libri capitulum:in quo tractat autor ꝺ morte et eiꝰſequela:et primo de diſpoſitione ad mortē dicēs:ꝙ oīa in quibꝰē ſpiritꝰvite tractꝰa natiuitate tandē diſſoluto ſpiritu morte cadūt. mors ꝟo a nemine nec euitari nec ſupari vllatenꝰ poteſt: quoniā nō minꝰ eſt ſubtilis ꝙ̄ fortis que ſingula loca etiaꝫ clauſa

penetrat:cuncta ſibi ſubijciendo viuentia. Omni inſup inſidiatur
viuenti ſiue die fuerit ſiue nocte:⁊ ſubito ſine pꝛemijs indicijs ve
lut traditoꝛ plures extinguit.igitur cuꝫ eius hoꝛa incerta ſit:⁊ illi⁹
occaſu periculum immineat grauiſſimum cui non eſt ſimile videli
cet damnationis eterne:ſicut in nobis fuerit pꝛudentie cauere de-
bemus ne tanto diſcrimini cum incertitudine agendoꝛuꝫ ⁊ ſine ſpe
meritoꝛum noſmetipſos exponamus: quoniaꝫ cuius finis malus
erit ineternum mala crudeliſſima ſuſtinebit.quare fidem integraꝫ
habeamus operantem per dilectionem bonam et mala pꝛecauen-
tem.in omnibus deo ⁊ eccleſie obedientes:per quoꝛum doctrinaꝫ
bene ⁊ viuere ⁊ moꝛi poterimus. nam rariſſime contingit bene vi-
uentem male moꝛi.et econtra raro contingit male viuentem bene
moꝛi. Nulla eſt timiditas bene viuenti ⁊ cum foꝛtitudine moꝛte ex-
pectanti. Moꝛs dicta ſubita: quoniaꝫ omnis talis ſemper eſt bene
diſpoſita.vt ergo bene viuamus et inde bene moꝛiamur mundum
⁊ eius amicos poſtponere debemus ſcilicet amoꝛi et diuine chari-
tati:et offenſas ſimul factas facile dimittere.veniam deo poſtula
re:contritionem:confeſſionem ⁊ mentis doloꝛem habere. Deinde
coꝛpus criſti humiliter petere. Poſtremo vero extremam vnctionē
imminente moꝛtis periculo ſuſcipere.in hac enim extrema inſtātis
moꝛtis neceſſitate ad quā amplius nulli conceditur reditus ſupꝛe
me curare ac ſollicite debemus:vt anima noſtra ſit munda et pu-
ra omni ſoꝛde criminis purgata xp̄m ih̄m dominum ac redempto-
rem noſtrum ſuper his validiſſime depꝛecantes atqꝫ ſepiſſime ſa-
tagentes:quatenus dignetur ipſe crimina dimittere et tandem in
gloꝛia ſua perpetua coꝛonari. libero etiam coꝛde debemus volun-
tatem noſtram voluntati diuine ſubmittere quod tamen neceſſari
um ⁊ deo gratum eſt.diſponamus igitur nos viuentes ad bene ſe-
cureqꝫ moꝛiendum velut boni catholici et dei amici. Spes in deo
et fides reponendo atqꝫ credendo virginem gloꝛioſam pꝛo nobis
tunc apud filium intercedere. Poſt pꝛedicta autem ſi ſuperuiuit in
firmus debet memoꝛiam habere de moꝛte xp̄i faciendo ſignuꝫ cru-
cis et recitando articulos noſtre fidei cōmendando animam deo
qui eam creauit.cauendo etiaꝫ ſūmopere a demonis temptatione
quam pꝛe ceteris tempoꝛib⁹ conatur afferre tunc tempoꝛis:⁊ maxi
me de infidelitate aut deſperatione. Nemo ergo pꝛeſumat in ea ho
ra ſalutem ſibi dari pꝛopꝛia virtute ſua: ſed de infinita miſericoꝛ-
dia in qua firmiter permanendū eſt:quia deus nunꝗ̄ in tali neceſſi
tate relinquit vere contritos ⁊ in eo ſperātes iuſte: ſed ſaluat quoſ
cunqꝫ et quantumcunqꝫ peccatoꝛes fuerint dūmodo libenter non

coacti contriti ſint ⁊ ore confeſſi:aut ex neceſſitate dumtaxat corde dummodo ſigña criſtianorum faciant percutiendo pectus: videli cet ſignum crucis.Firma ergo ſit in nobis de dei miſericordia infi nita fides :et etiam in tali extranea mortis neceſſitate non ſolet de ſpicere vere contritos corde vt ex pſalmo quinquageſimo. Cor cõ tritum et humiliatum deus non deſpicies.Maximum tamen peri culum eſt his qui peccare non ceſſant vſqꝫ ad mortem ꝙ peniten- tia ſeu contritio in eis ſit ex timore mortis cauſata.vel etiam timẽ- dum valde eſt ꝙ nullam habeant contritionem: propter multas cauſas quas ponit dominus gracianus de pe.di. ſeptima in fine: et ibi vide plene de ſerotina penitentia et eius periculo; Con- ſtrue[ Mors mordet cuncta que naſcuntur ſine cuncta ]id eſt mo- ra[ que mors ſoluit ]id eſt diſſoluit[ prius feriendo ſagitta. nemo valet ]id eſt poteſt[ vitare mortem:aut ]pro vel :vel[ ſuperare. nam pro quia: quia[ mors fortis intrat ſingula loca et portis clauſis. mors inſidiatur vbiqꝫ cuiqꝫ nocte et die. mors necat ſepe ſubito multos gladio acuto bis:Quis incipias:quoqꝫ ]pro ⁊[ Quis fias bonus in medio ſi non finis bene. hic finis malus fert ad mala. cur ]id eſt quare tu[ peragens bona credendo bene ⁊ cauendo pra ua:ne pro vt et non :vt non[ ſis damnatus. ſis paratus obedire. ſemper coneris viuere bene.nam ]pro quia: quia[ morieris ſic be- ne ego vidi vix ]id eſt raro[ viuentem bene morientem praue. illa mors non eſt ſubita quã bona vita ſociat.opera ſociant defũctos. arua nec era non ſociant:ſis fortis animo turbine mortis inſtan- te:ſis bene contritus et confeſſus: qꝫ ]pro et[ ſis punctus ]id eſt compunctus[ bene mente.Sis munitꝰ corpore criſti:qꝫ ]pro et[ per unctus membris.ignoſce ]id eſt parce[ cunctis. poſce ]id eſt roga [ veniam tribui tibi.poſtponas mundum:ne ]pro et ⁊ non[ repo- nas amicos corde.tua ſumma cura ſit ꝙ mens ſit bene pura.ſata- gas rogare criſtum ⁊ rogare ſepe vt condonet tibi crimina tua:qꝫ pro et[ coronet te. ſubde te corde libenti voluntati domini. facere gratum neceſſe ]id eſt neceſſitate[ eſt virtus facienda.vitaris ]id ẽ vitaberis[ bene te:vt moriaris deuote tanꝙ ]id eſt ſicut[ catholi- cus et verus amicus criſti. tu fidens in virgine mera ]id eſt pura [ſpera in domino:orans deuote vt velit intercedere pro te: Com- memores mortem criſti.ores tunc iugiter ]id eſt continue[ ſignan- do te cruce:qꝫ ]pro et[ recitando veram fidem.Cõmendans animã tuam domino qui fecit ipſam.ſed caueas tunc ictus demonis: ne ſis victus.nam quia demon conatur plus et inſidiatur vt faciat deſperare eum quem vult cruciare.ſed non credas ſibi: nec rece- das ab his que dico.nunꝙ ]pro non ⁊ vnꝙ non deſperes vnꝙ[ de

pietate diuina :nec ]pro et[ non ſperes fieri ſaluus probitate]id eſt virtute[ propria. firmes potius te bonitate ſaluatoris: qui ſaluat clementer contritos pene ſperantes in deitate. fertilitate miſeranti poteris, fieri ſaluus quantumcũq3 fueris malus. ſi contereris].i. contritus fueris[ bene in fine]id eſt in morte:q3 ]pro et[ fateris ]id eſt confiteris[ libens ]id eſt volens. ſi nequeas fateri tunc ore:ſaltem fatere corde :tondendo percutiendo pectus:q3 ]pro et[ faciendo ſignum crucis. criſtus ſaluauit mox latronem morientem pendentem in cruce:quia regnauit compatiendo. firma ergo te nomine criſti fide firma:qui nunq̃ ] pro non et vnq̃: non vnq̃[ ſpernit quos cernit bene contritos.

## De penis inferni.

Poſt mortẽ pena ſequitur vel gloria plena
Pena tñ purgãs eſt vna: ſ3 altera dãnans
Mortali vicio moriens mors tradit̃ orcho
Semꝑ paſſurus penas nunq̃ rediturus
Na3 nõ ſunt digni reſidẽtes morte maligni
Ꝙ ſint ſaluati:quia ſunt valde maculati
Q̃uis ſpectati ſpreuerunt eſſe leuati
Cur ſunt dãnati iuſte ſemper cruciati
Et velut ingrati nunq̃ ſunt inde leuati
Uermes cũ tenebris ⁊verbera frig⁹ ⁊ ignis
Demonis aſpectus: ſcelerꝝ cõfuſio: luctus:
Fetor: ſerpentes: langor ſine fine vrentes:
Prauos torquebũt ſempq3 quiete carebũt.
Eſurient ſitient deformes corpore fient
In terre centro per cuſſi turbine tetro
Non eſt orandũ pro dãnatis neq3 dandum
Nam ſupportari non poſſunt ſiue iuuari.

Hec eſt ſecunda huius capituli pars: in qua tractat autor d̄ penis inferni dicens ꝙ poſt preſentis vite miſeriā ſperamus ꝑfectā dei gloriam: aut duarum penarum alteram videlicet purgatorij aut inferni penam. penam inferni perpetuā ſuſtinebunt quicūq̄ in aliquo mortali peccato ſine illius cōtritione ſcienter ab hac luce deceſſerint: quando immediate poſt mortem preſentis vite deſcendent ad inferos vbi penas ſtatim inenumerandas perpetuo patientur: quas dignum eſt eos ineternum ſuſtinere quia tales deceſſerunt ſorde mortalis criminis maculati: et nihil maculatum introibit in regnum celorum. Item quia ingrati deo extiterunt precepta eius relinquentes dum viuerent atq̄ conſilia ſpernentes dyaboli voluntatem compleuerunt: et proprijs corporis voluntatem ſecuti ſunt. Et quia voluiſſent ſemper viuere vt ſemper peccare potuiſſent: tum quia deum infinitum obiectum eternum et perpetuum offenderunt vt pena coequetur offenſe ineternum cruciabuntur iuxta illud. Quantum glorificant ſe in delicijs date illi tormenta: quia ſ𝑚 menſuram delicti erit et plagarū modus: deuteronomio viceſimoquinto. De cauſis autem perpetuitatis pene infernalis habetur in capitulo finali de penitentia diſtinctione vltima in fine vbi textus. Qui autem impenitens finitur ſi ſemper viueret ſemper peccaret: ſemper plenus iniquitate: ſemper ſine charitate: torquebitur ſine fine. Pene autem ſenſibiles preter alias intellectuales inferni hec ſunt ſcilicet vermes: tenebre palpabiles: verbera demonum: frigus intollerabile: et ignis ſimiliter. viſio horribilis demonum: indignatio peccatorum: fletus et ſtridor dentium. Mathei viceſimoquinto. Fetor importabilis: languor duplex ſcilicet anime et corporis: fames: ſitis: deformitas corporis. Locus vero inferni ſ𝑚 opinionem doctorum eſt in centro terre ſeu in medio terre: in quo loco ſemper detinebuntur damnati perpetuo: quoniam nulla eſt deo pro eis porrigenda oratio vt in. c. Cum marthe. de celebratione miſſarū. et iob decimo. In inferno nulla eſt redemptio ſed ſempiternus horror: quod iugiter aut ſaltem crebro a nobis venit conſiderandum vt dicitur eccleſiaſtici ſeptimo. Memorare nouiſſima tua et ineternum non peccabis. Conſtrue [ pena vel gloria plena ſequitur poſt mortem tamen pena purgans eſt vana: ſed altera eſt damnans. moriens in peccato mortali traditur mox ] id eſt ſtatim [ orcho ] id eſt inferno [ paſſurus ſemper penas: nunꝗ̄ ] pro non et vnꝗ̄: non [ rediturus vnꝗ̄: nam ] pro quia: quia [ reſidentes morte maligni ] id eſt peccati ſupple [ non ſunt digni ꝙ ſint ſaluati: quia ſunt valde maculati: quāuis ſpectati ] id eſt expectati [ a

domino ſpreuerunt eſſe lauati]id eſt releuati[a domino.cur]id eſt quare[ ſunt damnati et cruciati ſemper iuſte. Et nunq̄ ſunt leuati inde velut]id eſt ſicut[ ingrati.vermes cuꝫ tenebris et verbera: frigus et ignis: aſpectus demonis et confuſio ſcelerum: luctus ſiue fletus:fetor:ſerpentes: languor perpetuus torquebunt ſine fine prauos:qꝫ]pro et[carebunt ſemper quiete]damnati ſupple[ eſurient :ſitient :fient deformes corpore. percuſſi erunt turbine tetro] id eſt obſcuro[non eſt orandum pro damnatis: neqꝫ]pro et ⁊ non et non eſt[danduꝫ aliquid pro eis.nam]pro qꝛ:quia[ non poſſunt ſupportari:ſiue]pro vel:vel[ iuuari]

## De penis purgatorij.

Qui ſine mortali moritur:tamen in veniali
Vel nondum plena facta de crimine pena
Carcere ſeruatur in quo grauiter cruciatur
Donec purgatꝰ ſcādat ſuper aſtra beatus
Hos ſupportare poſſumus atq̄ iuuare
Ut cito purgentur: ac inde cito releuentur
Proſunt defunctis purgāti carcere pūctis
Miſſe preces dona:proſunt ieiunia prona
Ac per eos facta propere legata ſoluta

Hec eſt tertia huius capituli pars: in qua tractat autor de penis purgatorij dicens ꝙ ſunt duo genera peccatorum que purgātur pena purgatorij.ſcilicet veniale peccatuꝫ:et mortale confeſſuꝫ vel contritum:de quo non eſt plene ſatiſfactum per penitentiam vel alio modo per indulgentiam.Pena autem huius purgatorij ē grauiſſima vt dicit beatus auguſtinus:quia excellit penam omnium martirum qui pro criſto paſſi ſunt.miro enim modo cruciat:⁊ iſtos in purgatorio exiſtentes multis modis iuuare poſſumus vt dicitur in canone.Anime defunctoruꝫ triceſima queſtione ſecūda Modi autem ſunt quatuor principales ſcilicet oblatio ſacerdotuꝫ preces ſanctorum : elemoſyne carorum: et ieiunia cognatorum. Similiter dicitur ſecundo machabeorum duodecimo. Sancta et

ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare vt a peccatis ſoluan-
tur.De purgatorio autem vtrum ſit et qualis eius pena fuerit:nec
non que ſunt peccata ibidem reſeruata purganda vide in canone
Qualis.xxv.di.et in.c.Qui in aliud.de hoc etiam habetur per bea
tum Thomam in quarto.xx. di.articulo primo. Dominus etiam
brixienſis in primoverbo purgatorium dicit ꝙ pena purgatorij in
fligitur per demones:licet aliqui theologi dicant contrarium pro-
bantes ſic.Anima exiſtens in tali deceſſit in gracia et eſt in chari-
tate:quare abſurdũ eſſet ipſaʒ affligi ꝑ demões qui ſunt]extra cha
ritatem.Pro quo vide ſanctum Thomam in ſumma contra genti
les in libro quarto queſtione.cxiiij. Conſtrue[ ille qui moritur
ſine mortali moritur tamẽ in veniali:vel moritur nondum]pro nõ
et adhuc[pena]id eſt penitentia[non facta adhuc de crimine ſer-
uatur carcere in quo cruciatur grauiter:donec ipſe purgatus ſcan
dat beatus ſuper aſtra.Nos]viuẽtes[ſupportare poſſumus hos:
atq;]pro et[iuuare vt purgentur:ac]pro et[releuentur[ cito inde]
id eſt a loco purgatorij [ miſſe: preces et dona proſunt defunctis
punctis]id eſt purgatis[carcere purganti.ieiunia prona:ac]pro ⁊
[legata facta per eos ſoluta propere].i.cito.

## De gaudijs paradiſi.

**Qui mũdus morit̃ penitus mox pace potit̃**
**Gaudens in dño cum ſanctis in paradiſo.**
**Non decet orare ꝓ ſanctis: immo rogare.**
**Debemus nos orantes ipſos celebrare**

Hec eſt quarta huius capituli pars :in qua tractat autor ď gau
dijs paradiſi dicens ꝙ quicunqʒ ab omni macula peccati purga-
tus moritur ſtatim ad celum euolat vbi beata fruitione dei eterna
in pace perpetua letatur:que in viſione beatifica eſſentialiter con-
ſiſtit.deus enim ipſe in trinitate perſonarum ⁊ vnitate ſubſtantie
eſt obiectum eſſentiale beatitudinis eterne:quare eadem eſt felici
tas glorie eſſencialiter in omnibus beatis:que tamen diſtinguitur
ſʒꝰ gradus meritorum. Pro his autem ſanctis non eſt orandum.
nam iniuriam facit martiri qui orat pro martire vt in capitulo.Cũ
marthe.de celebratione miſſarum.rogare autem eos debemus :et
ſolennitates eoꝝ celebres habere vt pro nobis apud deuʒ interce
dãt vt habetur in textu et gloſa de reliquijs ⁊ veneratione ſancto

rum in antiquis:et in.vj.per totuꝫ. Sancti igitur orationibus no
ſtris non egent:pro eo ꝙ ſunt perfecte beati.omnia eis ad nutum
ſuccedunt.Nos vero orationibus eorum indigemus:quos cuꝫ mi
ſeri ſimus vndiqꝫ mala noſtra perturbant:licꝫ dicāt aliqui docto
res ꝙ beatitudo ſanctorū poteſt augeri vſqꝫ ad diem iudicij.Qua
re cum eccleſia pro eis orat augetur eorum beatitudo. videtur ta-
men contrarium in capitulo.Cum marthe in fine: vbi dicit textus
ꝙ ſuffragia que fiunt a fidelibus in eccleſia pro valde bonis.id ē
pro ſanctis actiones graciaruꝫ ſunt. Conſtrue] ille qui moritur
mundus potitur]id eſt fruitur[ mox penitus pace.gaudens in do
mino cuꝫ ſanctis in paradiſo. non decet orare pro ſanctis:immo
rogare eos debemus:necnon]id ē etiam[debemus orare ſanctos
et celebrare ipſos.

## De numero celorum.

Deni ſunt celi reſerandi corde fideli
Luna ſtat in primo:mercuriuſqꝫ ſecundo.
Ac venus i tercio: ſol vult luceſcere quarto
Mars nitet in quito:ſꝫ iupiter ordie ſexto.
Saturno celo ſepteno ſiſtitur alto.
Octauo celo tibi ſtellas eſſe reuelo.
Stat criſtallinum ſuper iſtos luce ſerenum
Fulget i ēpireo ſummo paradiſus olympo
In quo ſunt iūcta ſine defectu bona cūcta:
Hic deitas trina regnat ſuper oīa digna.
Aſtat regina ſibi mater virgo benigna
Inde ierarchia triplici ſunt agmina nona
Dat cherubi ſaphiqꝫ coros diſtictio ſūma
In medio dn̄ans pnceps ſil'atqꝫ poteſtas.
Virtutes ſiſtunt archangelus angelus atqꝫ

His homines grati dño ſunt aſſociati
Juxta promerita preſente data ſibi vita
Letũ laudantes dñm ſemper ſpeculantes.
Cernit amatq̃ deũ ſanct9 fruitur tenet ipm̃
Sic gaudet pſallit laudat ſine fine quieſcit
Diues honoratus tutus liber ſaciatus
Clarus agilis ſubtilis non paſſibilis fit
O q̃ ditati ſunt celi ſede beati
Semper honorati ſumme ſunt glorificati
Ergo mũdanis rebus ſpretis quoq̃ vanis
Celica poſcamus et ſurſum cor teneamus
Ut deus a penis protectos atq̃ cathenis
Poſt mũdi curſuʒ faciat nos ſcãdere ſurſũ
Ac velut optamus ibi ſemper eũ videam9.
Qui dat cũcta bona det nobiſ hec pia dõa

Heç eſt quinta et finalis huius capituli pars ac etiam totius preſentis operis: in qua tractat autor de numero celorum dicens: Qz decem ſunt celi ſcʒ theologos qui merito ſunt declarandi fidelibus criſtianis: quoniam beatitudo quam finaliter expectamus in vltimo celo quo ad ſitum dicitur reſidere. numerus autem celorum ſcʒ mentem philoſophorum accipitur ex numero planetaruʒ Luna eniʒ eſt in primo celo. mercurius in ſecundo. venus in tertio ſol in quarto. mars in quinto. iupiter in ſexto. ſaturnus in ſeptimo et alie ſtelle in octauo. Supra omnes iſtos ſunt adhuc duo ſcilicet celum criſtallinum ſic a luce criſtallina appellatum: et vltimo loco eſt celum empireum in quo eſt paradiſus et omnia deſiderabilia: videlicet beata et glorioſa trinitas que omnia regit ac diſponit. deinde beata virgo maria. tertio loco nouem ordines angelorum ſub triplici ierarchia. hec enim ſunt videlicet cherubin: ſeraphin: et troni: dominationes: principatus et poteſtates: virtutes: archã

geli et angeli:poteſtates. poſt vero ſunt anime humane ordinate
ſꝫ ordinem et gradum ſuorum meritorum. Iſte autem venerandꝰ
chorus continuo laudat deum et contemplatur eum: quem viden-
do amat:amando fruitur eo et fruendo tenet:et ſic gaudet in deo
pſallit laudat et quieſcit diues bonis omnibus exuberans:hono-
ratus virtute:tutus ab omni formidine: liber ab omni ſeruitute:
ſaciatus omni dulcedine:clarus omni lumine:agilis omni leuita-
tate:ſubtilis omni penetratione:impaſſibilis omni infirmitate.
Quantum ergo attendamus diues eſt qui in ſuperna beatitudine
felix eſt.Summo enim fruitur honore ꝛ gloria.igitur propter hu-
iuſmodi celeſtia ſpernenda ſunt terrena et vana et caduca. corda
noſtra fungẽtes rebus eternis:vt cathenis et penis eternis erepti
poſt preſentis vite curſum aſcendere poſſimus ſurſum: ꝛ ibi deum
videre velut felices perpetuo illic ſtare.Quod nobis preſtare dig-
netur ille a quo cuncta procedunt. qui viuit et regnat per ſeculo-
rum ſecula amen. Nota ꝙ celum ſꝫ philoſophum ſecundo celi
et mundi eſt corpus primum natura ſimpliciſſimum: incorruptibi
le:ſolidum:ſubtiliſſimum: quantitate maximum: qualitate luci-
dum:dyaphaneitate perſpicuum:materia puriſſimum:figura ſpe
ricum:locum ſupremum creaturarum in ſe contentiuũ.Et diuidi-
tur in decem celos vt viſum eſt. Conſtrue[ Celi ſunt deni]id eſt
decem[ referendi ]id eſt declarandi[ corde fideli.luna ſtat in primo
celo:qꝫ ]pro et[ mercurius in ſecundo:ac ]pro et[ venus ſtat in ter
no ]id eſt in tertio celo[ ſol vult luceſcere ]id eſt lucere[ quarto ]ce-
lo[ mars ]ille planeta[ nitet ] id eſt ſplendet[ in quinto. ſed iupiter
nitet ſexto ordine.ſaturnus ſituatur ]id eſt ponitur[ ſeptimo ]id eſt
in ſeptimo celo[ alto. reuelo tibi ſtellas eſſe in octauo:qꝫ ]pro et
[ criſtallinum celum ſerenum ]id eſt clarum[ luce ſtat ſuper iſtos.
Paradiſus fulget in olympo ] id eſt celo[ empireo ſic dicto. ſum-
mo ]id eſt altiſſimo[ in quo ]empirio[ cuncta bona ſunt inſerta ſi-
ne defectu.deitas trina ]id eſt triplex in perſonis: videlicet[ regnat
hic ]id eſt in illo celo[ digna ſuper omnia. mater regina virgoꝰ be-
nigna aſtat ]id eſt preſens eſt[ ſibi.Agmina noua ] id eſt nouẽ ſunt
[ inde ]id eſt poſtea[ triplici ierarchia ]choros: videlicet[ diſtinctio
ſumma ]id eſt ſuprema[ dat cherubin ſeraphin:qꝫ ]pro ꝛ[ thronos
id eſt illos ordines[ dominans ſeu ordo dominationum. princeps
id eſt ordo principatuum[ atqꝫ ]pro ꝛ[ poteſtas ſimul ]ſunt ſupple
[ in medio ]id eſt in media ierarchia[ virtutes archãgeli:atqꝫ ]pro
et[ angeli ſiſtunt ]id eſt ſtant poſt priores ierarchias ꝛ ordines[ ho
mines grati deo ſunt aſſociati his ]ordinibus[ iuxta ]id eſt ſꝫ pro-

VERSIDAD Y PROV.
BIBLIOTECA
ZARAGOZA

merita data ſibi in preſenti vita ]homines inq̄[ laudantes cetum]
id eſt ſocietatem[ reſpicientes ſemper dominum. diues honoratus
tutus liber ſaciatus: clarus: agilis: ſubtilis: non fit paſſibilis ]ta-
lis ſaluatus ſupple[ cernit: qꝫ ]pro et[ amat deuꝫ: ⁊ fruitur ſanctis
et tenet ipſum deum. gaudet ſic. pſallit ]id eſt cantat: ⁊[ laudat ]de
um et[ quieſcit ſine fine. O q̄ ]id eſt quantum[ ſunt ditati beati in
ſede celi. Sunt honorati ſemper. ſunt glorificati ſumme. Ergo poſ-
camus celica ]id eſt celeſtia[ et teneamus cor ſurſuꝫ rebus munda-
nis: qꝫ ]pro et[ vanis ſpretis: vt deus faciat nos ſcandere ſurſum
protectos a penis: atqꝫ ]pro et[ cathenis poſt curſum mundi: ac ]
pro et[ videamus ſemper ibi eum: velut ]id eſt ſicut nos[ optamꝰ]
ille[ Qui ]ſcilicet deus[ dat cuncta bona det nobis hec dona pia]
Amen.

Impreſſum Tholoſe Anno dn̄i M°. cccc°. lxxxix.

Deo gras.
Amen

Rarissimos

Conozco yuan mar
y